Ludovicus Barbo a Venetiis, ex Canonico Regulari non sine divino afflatu monachus S. Benedicti, coenobium S. Justinae Patavii ab interitu vindicavit anno 1408, auspicante Gregorio PP. XII., auctorque fuit Congregationis *de Unitate*, quam postea, de eo monasterio, et tandem 22. Nov. 1504 sub Julio PP. II. ob unionem cum principe monasterio *Montis Cassini* ita nuncupatam, Romana Ecclesia probavit. — Primum Capitulum Generale celebratum est anno 1424. A Martino V. *octo* monasteria, ab Eugenio IV. *novem*, a Nicolao V. *sex*, a Callito III. *unum*, a Pio II. *quinque*, a Paulo II. *unum*, a Sixto IV. *septem*, ab Innocentio VIII. *tria*, ab Alexandro VI. *duo*, a Julio II. *septem*, a Leone X. *sex*, a S. Pio V. *unum* (Farfense), a Gregorio XIII. *duo*, a Clemente VIII. *duo*, a Paulo V. *quatuor*, ab Urbano VIII. *duo*, a Clemente X. *tria*, a Pio VII. immortalis memoriae *unum*, atque adeo 70 monasteria in praefatam congregationem collecta fuere. Stationes suas extendit Ragusium usque in S. Mariae Comae; ad Illyriae regiones in S. Chrysogoni Iadrae; ad suburbia Constantinopolis, in S. Mariae Perae. — Adversis hisce temporibus, jam fere centum annis desaeviente in S. Ecclesiam persecutione, non mirandum quam sint pauca, imo vero mirum quod nonnulla ex illis supersint monasteriis.

Haec, quae sequuntur, sunt monasteria, quibus hodie constat Congregatio:

1. Abbatia *S. Pauli* de Urbe,
2. " *S. Petri*, Mutinae, aggregata Congregationi ab Eugenio IV., 1434.
3. " *S. Mariae*, Florentiae, aggregata Congregationi ab Eugenio IV., 1436.
4. " *S. Petri*, Perusiae, aggregata Congregationi ab Eugenio IV., 1436.
5. " *SS. Severini et Sosii*, Neapoli, aggregata Congregationi ab Eugenio IV., 1438.
6. " *S. Catharinae seu Dominici*, Senis, aggregata Congregationi ab Eugenio IV., 1447.
7. " *S. Mariae de Monte*, Caesenae, aggregata Congregationi a Nicolao V., 1453.

8. Abbatia *S. Petri*, Saviliani, aggregata Congregationi a Pio II., 1459.
9. " *SS. Trinitatis*, Cavae, aggregata Congregationi ab Alexandro VI., 1495.
10. " *SS. P. N. Benedicti*, Cassini, aggregata Congregationi a Julio II., 1504.
11. " *S. Nicolai in Arena*, Catanae, aggregata Congregationi a Julio II., 1506.
12. " *S. Martini de Scalis*, Panormi, aggregata Congregationi a Julio II., 1506.
13. " *S. Placidi*, Messanae, aggregata Congregationi a Julio II., 1506.
14. " *S. Mariae*, Montisregalis, aggregata Congregationi a Julio II., 1506.
15. " *S. Mariae ab Angelo Salutatae*, Castriboni, aggregata Congregationi a Julio II., 1506.
16. " *S. Rochi*, Plateae, aggregata Congregationi a Julio II., 1506.
17. " *S. Mariae*, Farfae, aggregata Congregationi a S. Pio V., 1567.
18. " *S. Flaviae*, Calatanixetae, aggregata Congregationi a Clemente VIII., 1594.
19. " *S. Benedicti*, Militelli. aggregata Congregationi a Paulo V., 1615.
20. " *S. Petri*, Assisii, aggregata Congregationi jure filiationis 1614.

Quodlibet monasteriorum Congregationis de Unitate praeclaram habuit historiam, praesertim Padolivonense Venetiarum, Florentinum, Perusinum, Bobiense, Pontidense, Pomposianum, Cavense, celeberrimum Montis Cassini, Panormitanum, Monteregalense, Sublacense et Farfense. Ex quorum tabulariis viri doctissimi exquisita excerpserunt ac certe necessaria documenta tum dogmatibus ac juri canonico, tum rebus gestis publicis, legibus civilibus, statutis gentium, artibus quoque liberalibus et scientiis quibusvis illustrandis.

Longum esset seriem texere virorum doctrina, peritia, sanctitate praestantiorum, qui ex ista Congregatione prodierunt. Consulenda est bibliotheca a Mariano Armellinio digesta. — Quoad privilegia Congregationis Cassinensis vide Bullarium a Cornelio Margarinio dispositum. — Praesides circiter 120 habuit annis peractis 465.

REVMI ET ILLMI PRAESULES

viventes, qui ex hac Congregatione prodierunt:

1. Ill. et Rev. D., D. M. A. Celesia, Archiep. Panorm. (pag. 7.)
2. " D., D. J. B. Dusmet, Archiep. Cataniens. (pag. 7.)
3. " D., D. G. Sanfelice, Archiep. Neapolit. (pag. 8.)
4. " D., D. J. M. B. Serra, Episc. Dauliensis (pag. 9.)
5. " D., D. R. Salvado, Episc. Port. Victoriae (pag. 9.)
6. " D., D. R. Blundo, Episc. Cephaludensis (pag. 10.)
7. " D., D. A. Vaccari, Episc. Sinopensis (pag. 10.)
8. " D., D. C. Lancia, Episc. Philadelphiens. i. p. i. (pag. 12.)
9. " D., D. S. J. Pappalettere, Magnus Prior, Baruli (pag. 14.)

CONGREGATIONIS h. t. OFFICIALES:

PRAESES:

ad nutum S. Sedis a die 26. *Junii*, 1878:

Illustrissimus et Reverendissimus Dominus,

D. FRANCISCUS LEOPOLDUS ZELLI-JACOBUZI,

ABBAS S. PAULI DE URBE.

PROCURATOR GENERALIS IN CURIA:

Reverendissimus et Amplissimus

D., D. ANGELUS PESCETELLI,

ABBAS S. MARIAE, FARFAE.

VISITATOR:

RR. D., D. HENRICUS CORVAJA,

ABBAS TIT. S. FLAVIAE, DE MONASTERIO S. NICOLAI IN ARENA.

THESAURARIUS:

RR. D. D. JOSEPH CRISTOPHORI,

ABBAS TIT., DE MONASTERIO S. PAULI DE URBE.

PRO-CANCELLARIUS:

R. P. D. ANTONIUS GIANUZZI,

DE MONASTERIO S. PAULI DE URBE.

MONASTERIA

Congregationis, quae monachos habent, etsi iniqua lege suppressa sint.

1. ABBATIA S. PAULI DE URBE,

NULLIUS DIOECESIS.

Inscript. epist.: S. Paolo fuori le mura, Roma; *vel*: San Callisto, Trastevere Roma.

Insigne hoc nostri Ordinis monumentum aliam non habuit originem, nisi ut nostrates diu noctuque psallerent et divina officia persolverent ad sacrum Apostoli Pauli trophaeum: nam ibi ejusdem ossa veneratissima servantur, certe quidem sub ara Confessionis. *Basilica* a Constantino, an. 325, sub Sylvestro, Rom. Pontifice, primo quidem condita, deinde vero ad ampliorem redacta est formam ab Imperatoribus Valentiniano, Theodosio et Archadio, annis 380—398 sub Siricio, S. P., ac demum igne consumpta est 16. Jul. 1823, Pio VII. Pontifice Maximo. At ab interitu vindicata est indefessa quatuor Pontificum cura ab anno 1826—1854. Eam itaque Pius. IX., s. m., multis nominibus de ea optime meritus, biduo post proclamatum de Immaculata Conceptione B. M. V. decretum, plurimis stipatus S. R. E. Cardinalibus, Archiepiscopis ac Episcopis solemnissimo ritu die 10. Dec. 1854 dedicavit.

Fama est jam aevo protoparentis Benedicti adscitos monachos nostros divini servitii causa et commoratos in viciniis Basilicae. Exploratissimum tamen est, teste Anastasio in vita S. Gregorii II., renovatum esse monasterium, et monachos veluti canonicos addictos Patriarchali Aulae. Incoluerunt eam primitus veteres Benedictini, fortassis e Sublaco profecti, usque ad annum circiter 950, quo Cluniacenses ex Galliis accersiti devotissime locum tenuerunt, at demum anno 1425 Martinus PP. V. reformatos S. Justinae de

Padua, auctore Ludovico Barbo, introduxit, qui usque adhuc perstant.

Immediate Romano Pontifici Abbatiam Ostiensem ejusque membra esse subjecta, constat ex privilegio S. Gregorii VII., an. 1074, Innocentii III., an. 1203, Honorii III., an. 1218, Gregorii IX., an. 1236, Bonifacii IX., an. 1392, Eugenii IV., an. 1433, Benedicti XIII., an. 1726.

Abbas sacrosanctae Patriarchalis Basilicae S. Pauli jurisdictionem quasiepiscopalem plenam exercet super loca sibi subjecta; synodum cogere potest, examinatores in ea deputare, concursus pro parochialibus ecclesiis indicere, beneficia ecclesiastica conferre, literas dimissoriales ad quoscunque antistites dare, Vicarium sibi generalem constituere, tonsuram et ordines minores et sacramentum confirmationis ministrare, altaria lapidea fixa consecrare, literas apostolicas exequi. Ideoque de praecepto debet solemniter per S. R. E. Cardinalem benedici auctoritate apostolica.

Complures doctrina et pietate insignes, vel de Ecclesia bene meriti, prodierunt ex isto monasterio. Satis sit honoris ergo nominasse Abbates *Hildebrandum*, postea in S. R. Sede S. Gregorium VII. et *Cajetanum Ursinum*, postea Nicolaum III; Joannem de *Primis*, *Bernardum Mariam de Comitibus*, *Marianum Falcinelli*, S. R. E. Cardinales; item plures Archiepiscopos et Episcopos. Celebrare etiam est doctissimum *Benedictum de Constantio*, et eruditissimos, *Cornelium Margarini*, *Marianum Armellini*, et *Franciscum Mariam Ricci*. Floruere etiam in hoc monasterio S. Theologiae Professores, *Gregorius Barnabas Chiamaronti*, qui in cathedra Sancti Petri Pius PP. VII. universalem Ecclesiam fortiter suaviterque gubernavit annis 1800 — 1823; *Leander de Portia* et *Fortunatus Maria Tamburini*, qui ex munere abbatiali ad sublimem Cardinalatus dignitatem evecti fuere; doctissimus *Petrus Aloysius Galletti*, Romanus, episcopali dignitate auctus, et perillustris mathematicus, magno Galileo familiarissimus, *Benedictus Castelli*.

MONACHI:

Illustrissimus et Reverendissimus Dominus,

D. FRANCISC. LEOPOLD. ZELLI-JACOBUZI,

Abbas, Ordinarius, Congregationis Praeses, Sacrorum Rituum Consultor, Academiae de Religione catholica socius,

nat. Viterbii, in Patrimonio S. Petri, 24. Sept. 1818, prof. in monast. S. Pauli 28. Mart. 1837, sac. 5. Jun. 1841, primit. 6. Jun. 1841, Abbas creatus ad nutum S. Sedis 30. Aug. 1867, sol. benedictus a cl. m. Card. Constantino Patrizi 22. Sept. 1867.

2. **Revmus P. D. Raphael Liberati,**

Abbas titulo S. Salvatoris Scandriliae, Prior S. Pauli,

nat. Viterbii 30. Jan. 1808, prof. 17. Jul. 1825, sac. 8. Dec. 1830.

3. **Revmus P. D. Augustinus Pucci-Sisti,**

Abbas titulo S. Clementis de Tibure,

nat. in monte Politiano 11. Dec. 1810, prof. 8. Dec. 1828, sac. 25. Dec. 1833.

4. **R. P. D. Petrus Perez,**

nat. 14. Feb. 1808, prof. in Congreg. Vallisolet., Hisp., 21. Sept. 1825, sac. 20. Mart. 1831.

5. **Revmus P. D. Ludovicus Ancaiani,**

Abbas titulo S. Petri de Assisio,

nat. Spoleti———, prof. 25. Mart. 1833, sac.———.

6. **Revmus P. D. Joseph Cristophori,**

Abbas tit., Vicethesaurarius Congreg., Monasterii Oeconomus,

nat. Viterbii 9. Apr. 1819, prof. 28. Mart. 1837, sac. 18. Dec. 1841.

7. **R. P. D. Antonius Gianuzzi,**

Pro-Cancellarius Congregationis,

nat. Anagniae 18. Jan. 1818, prof. 6. Jan. 1838, sac. 5. Jun. 1841.

8. **R. P. D. Bernardus Smith,**

S. Rom. et Univ. Inq., de Propaganda Fide atque super negotia Rit. orient. necnon S. Congreg. de libris damnandis Consultor,

nat. Cavanae, Hiberniae,— —, 1818, prof. 21. Mart. 1847, sac. 21. Sept. 1839.

9. **R. P. D. Gregorius Palmieri,**

in Archivio secreto Vaticano Adjutor,

nat. Placentiae 3. Apr. 1828, prof. 4. Feb. 1855, sac. 20. Sept. 1851.

10. **R. P. D. Bonifacius Oslaender,**

Decanus, Magister Novitiorum,

nat. in Montjoie, Borussiae Rhen., 1. Nov. 1836, sol. prof. 15. Nov. 1857, sac. 7. Oct. 1860.

11. **R. P. D. Felicianus Soloniewicz,**

nat. in Bohdanowka, Lituaniae Imperii Russ., 8. Jun. (antiqui calendarii) 1833, sol. prof. in monast. Horodiscensi 14. Apr. 1863, sac. 9. Aug. 1874.

12. **R. P. D. Timotheus Ruggieri,**

nat. in Castro Sarentino in Aprutiis 16. Dec. 1845, simpl. prof. 2. Feb. 1864, sol. prof. 10. Feb. 1867, sac. 6. Jun. 1868.

13. **R. P. D. Isidorus Donzella,**

nat. Curtini in Liguria 24. Nov. 1845, simpl. prof. 5. Maj. 1864, sol. prof. 2. Feb. 1868, sac. 2. Apr. 1870.

14. **R. P. D. Leo Bracco,**

Secretarius Revmi Ordinarii,

nat. Curtini in Liguria 7. Feb. 1847, simpl. prof. 5. Maj. 1864, sol. prof. 2. Feb. 1868, sac. 2. Apr. 1870.

15. **R. P. D. Justinus Rossi,**

Vicarius Abbatis in monast. S. Magni in Ameria,

nat. Cryptis maris 8. Jul. 1842, simpl. prof. 2. Feb. 1865, sol. prof. 2. Feb. 1868, sac. 11. Apr. 1868.

16. **R. P. D. Placidus Riccardi,**

nat. Trebis 21. Jun. 1844, simpl. prof. 19. Jan. 1868, sol. prof. 10. Mart. 1871, sac. 24. Mart. 1871.

17. **R. P. D. Joannes del Papa,**

nat. Lycii Marsorum 17. Mart. 1850, simpl. prof. 30. Nov. 1871, sol. prof. 8. Dec. 1874, sac. 19. Sept. 1876.

18. **Rel. Fr. D. Joannes Franciscus Bracco,**

nat. Curtini in Liguria 24. Maj. 1854, simpl. prof. 20. Mart. 1876, sol. prof. 4. Apr. 1879, subdiac. 8. Jun. 1879.

19. Rel. Fr. D. Benedictus Monte Chiari, nat. Romae 5. Oct. 1858, simpl. prof. 12. Apr. 1878.

Sacrum habitum *postulans* receptus: Unus.

Fratres conversi: Undecim.

In *Seminario,* quod est monasterio junctum, Alumni undecim.

Bibliotheca circiter 15,000 volumina continet, ac praeterea 70 incunabula, codices nonnulli pretiosi, quos inter recensendi Codex *Carolinus aureus Bibliorum* et *Ordo Cluniacensis.* Membranae item, ad historiam basilicae pertinentes adsunt circiter 1500. *Sacrae Reliquiae* insignes in Sacrario Basilicae praecipue notandae sunt: magna pars Sanctae Crucis, ex Veste B. M. V., ex Brachio S. Annae, matris B. M. V., ex Brachiis utriusque S. Jacobi, majoris et minoris, et S. Bartholomaei, ex capitibus S. Ananiae, discipuli Domini et S. Photinae Samaritanae, martyris.

Pendent ab jurisdictione Revmi D. Abbatis et Ordinarii:

1. *Parochia de Nazzano* (Filacciano) cum animabus 820, sacerdotibus 5, ac *schola* in qua docent Sorores 2 de Pretiosissimo Sanguine. Porro adest monasterium "Divini Amoris" cum Sororibus 7, Conversis 2, Alumnis 10.

2. *Parochia de Civitella* S. Pauli (Filacciano) cum animabus 1312, sacerdotibus 2, ac schola cum Sororibus 2 de Pretiosissimo Sanguine docentibus.

3. *Parochia de Leprigniano* (Castel nuovo di Porto) cum animabus 1211, sacerdotibus 3, ac schola, cui praeest Soror 1 de Pretiosissimo Sanguine.

4. Monasterium Sanctimonialium O. S. B., Ameriae (Amelia) in Umbria, fundatum ab Abbate S. Pauli, an. 1220, in quo sunt moniales 8, conversae 5, alumnae 8.

Parochia S. Pauli pertinet ad Dioecesim Romanam et habet animas 896. Huic cohaerent Stationes: *Acquacetosa* cum animabus 130, *Tordivalle* cum animabus 40, *Malafede,* cum animabus 250.

Necrologium a 1. die Jan. 1866.

1. **R. P. D. Anselmus Joannes Nikes,**
nat. Aquisgrani 5. Sept. 1825, prof. 4. Feb. 1855, ob. 5. Feb. 1866.

2. **R. P. D. Antonius Testa,**
nat. in San Vito, Praeneste, — 1809, prof. Sublaci 15. Aug. 1825, ob. 17. Sept. 1866.

3. **Revmus P. D. Benedictus del Bufalo**
della Valle, nat. Romae 1803, prof. 9. Dec. 1821, ob. 14. Mart. 1870.

4. **Eminentissimus ac Revmus Dominus,**
D. MARIANUS FALCINELLI ANTONIACCI,
S. R. E. titulo S. Marcelli Presb. Card. ex Abbate S. Pauli Ep. Foroliviens., deinde Archiep. Atheniens., i. p. i., internuntius apud Imperat. Brasiliens., porro nuntius apostolicus apud C. R. Maj. Apost. Imperatoris Austriae, nat. Assisii 10. Nov. 1806, prof. 18. Dec. 1825, ob. 29. Maj. 1874, tumulatus Assisii.

2. ABBATIA S. PETRI,

MUTINAE, DIOEC. MUTINENSIS.

Inscr pt. epist.: S. Pietro, Modena, Italia.

S. Petri templum Mutinense a civibus ad fidem conversis primo aedificatum est an. 104, denuo extructum an. 984, monachis nostris donatum a Joanne Episcopo an. 996, pluribus locupletatum praediis ab Episcopis ipsius ecclesiae et a Principibus. Abbatia Eugenii PP. IV. placito ab episcopali jurisdictione exempta fuit, quo eodem tempore ab eodem Cassinensi congregationi attributa est. Monasterium et ecclesia instaurata fuere ab Alexandro PP. IV. anno 1256, donec anno 1476 ab Abbate *Martinengo* magnificum templum coepit aedificari, quod *Petrus Barbanti* a Carpio perbelle descripsit. Genus architecturae fere gothicum est; in quinque naves aedificium dividitur, quod plasticis operibus immortalis Antonii *Begarelli*, necnon udo illitis picturis Jacobi *Cavedoni* aliorumque illustrium pictorum ornatum est. Ecclesia haec parochialis est habetque 2200 fere animas, quarum monachus curam gerit.

Celeberrimi auctores librorum ex hoc monasterio prodierunt: *Camillus Affarosi*, qui etiam Praeses Congregationis fuit et obiit 19. Nov. 1763; *Benedictus Bacchini*, qui pene omnium scientiarum laude enituit, institutorque fuit Ludovici Muratori, obiit anno 1721; *Gregorius Cortese*, nat. anno 1483, ex Abbate Mutinensi Cardinalis creatus a Paulo PP. III. anno 1542. Plura conscripsit versibus ac oratione soluta, quorum evulgatius est opus " De Petri itinere Romano"; obiit Romae anno 1548. *Adeodatus Fossa* vita functus anno 1767; *Fortunatus Tamburini* a Benedicto PP. XIV. Cardinalis creatus, nat. Mutinae 11. Feb. 1683, ibidemque prof. anno 1699. *Eusebius Valentini* eruditissimus et Isidoro Clario ac Gregorio Cortesio familiaris, idemque animo conjunctissimus Ariosto, vati celeberrimo. Sanctitate insignes fuere *Zacharias de Bastardi* saeculo 17mo; *Placidus Forni* et *Alphonsus Jugoni*, qui magnae sanctitatis fama obiit 24. Jul. 1680. Ultimus e monasterio Episcopus prodiit *Adeodatus Caleffi*, qui Episcopus Mutinensis vita functus est anno 1837, annos natus 75.

MONACHI:

1. **R. P. D. Joannes Borcesi,**

Prior, Administrator et Parochus ecclesiae S. Petri,

nat. Parmae —, prof. in monast. S. Joannis Ev., Parmae 7. Feb. 1847.

2. **Revmus P. D. Maurus Musi,**

Abbas S. Petri de Savigliano.

Vide infra.

3. **R. P. D. Joannes Baptista Jugoni,**

Prior titulo S. Caesarii,

nat. Mutinae ———, complurium librorum de scientiis physicis et mathematicis tractantium auctor.

Necrologium a 1. die Jan. 1866.

1. **Revmus P. D. Arsenius Rosset Cassel,**

postremus monasterii Abbas, prof. 8. Maj. 1825, ab anno 1834 multis perfunctus muneribus, decessit e vita 21. Oct. 1876, annos natus 73.

2. **R. P. D. Honoratus Camesso,**
prof. sub Provincia Sublacensi modo extincta, obiit 13. Jan. 1878, annos natus 53.

3. ABBATIA S. MARIAE,

FLORENTIAE, ARCHIDIOEC. FLORENTINAE.

Inscript. epist.: S. Maria, Firenze, Italia.

Celeberrimum S. Mariae monasterium, vulgo *Badia*, in civitate Florentiae a Willa, Marchionis Bonifacii filia, fundatum plura documenta testantur. ex quibus unum vel anno 989 vel, ut recentiores critici autumant, anno 978, undecimo Othonis II. Imperatoris, exaratum est. Mortua Willa, Hugo, ejus filius. maternas confirmavit donationes et auxit, unde factum est, ut Hugo putaretur abbatiae fundator. Quod jam tamen negant historici, qui etiam purgarunt comitem Hugonem a putidis calumniis Landini aliorumque chronistarum, cum e contrario valde commendandus sit pietate sua erga Joannem PP. XV., honorificentissime a se hospitio receptum. Hugo annos natus 50 obiit die 21. Decembris 1001, cujus eventus memoria hodiedum perstat, celebrantibus monachis, grati animi ergo, ejusdem parentalia, die supra dicta. Ejus meminit Divinus Poeta canens:

"Del gran Barone il cui nome e il cui pregio
"La Testa di Tommaso riconforta." (Parad. XVI. 128.)

Panormi habetur Othonis III. Imp. diploma, in quo hoc monasterium imperiale atque regale dicitur et donationes confirmantur "propter Dei amorem et ob remedium animae Marchionis Hugonis monasterio S. Mariae, quod Willa construxit." Hugo tumulo reconditus est in ecclesia monasterii, mirabili monumento anno 1481 a monachis excitato, sculptore Mino a Fesulis.

Qualis hodie videtur ecclesia, super fundamenta ab Arnulpho de Lapo saec. XIII. jacta, ab architecto Segaloni erecta est; sacra vero turris Arnulphi esse fertur. Ecclesiae limina Benedictus de Rovezzano pulcherrime insculpsit, quae nuper ad pristinum decorem instaurata sunt. Plurimis elegantissimis monumentis artium templum est insigne, in quo tanquam pretiosa gemma servatur tabula a Philippo de Lippis picta, B. M. Virginem cum D. Bernardo colloquentem referens. Volumina, quae in bibliotheca erant et codices chorales mirifice ornati in Mediceo-Laurentiana collecta sunt.

Argenteum pontificalem baculum a Benvenuto Cellinio stupende expressum et argenteam crucem ab eodem conflatam in palatio *del Bargello* videre est. Claustrum udo depictum est a Spinello.

Plures in abbatia Florentina sanctitate monachi emicuerunt, praesertim primo congregationis Cassinensis tempore. Multo autem plures theologiae, philosophiae, philologiae cultores, quorum meminisse satis sit *Vincentii Borghini*, *Augustini de Barbatta*, *Valentinii* et *Alexandri Belli*.

MONACHI:

1. **Adm. R. P. D. Augustinus Ricci,**

Prior, Administrator et Parochus ab anno 1872,

nat. Luci 18. Maj. 1834, sol. prof. 11. Mart. 1858, sac. 23. Maj. 1858.

2. **R. P. D. Eugenius Bandini,**

nat. in Burgo S. Laurentii 16. Sept. 1821, prof. 10. Aug. 1845, sac. 26. Oct. 1845.

3. **R. P. D. Hugo Ciomei.**

nat. Collodii 2. Aug. 1824, prof. 3. Aug. 1848, sac. 24. Aug. 1848.

4. **R. P. D. Hermenegildus Bianchi,**

nat. Fighinae — 1825, prof. 3. Aug. 1848, sac. 24. Aug. 1848.

5. **R. P. D. Bellandi,**

nat. Pesciae 19. Dec. 1835, sol. prof. 7. Aug. 1859, sac. 2. Oct. 1859.

Frater conversus: Unus.

Necrologium a 1. die Jan. 1866.

1. **Revmus P. D. Robertus Ruglioni,**

Abbas honorarius,

nat. Pisciae 9. Apr. 1812, prof. 10. Apr. 1836, sac. — Jun. 1836, in parochiali munere piissime obiit 12. Maj. 1864.

2. **Revmus P. D. Alexander Belli,**

ultimus Abbas Florentinus,

nat. Florentiae 14. Aug. 1810, prof. 8. Sept. 1833, sac. — Dec. 1833, piissime in Domino obiit anno 1870.

4. ABBATIA S. PETRI,

PERUSIAE, DIOECESIS PERUSINAE.

Inscript. epist.: S. Pietro di Perugia, Italia.

Coenobium S. Petri supra montem Caprarium, initium ducit a Petro Vincioli, nato in pago Agello, qui labente saec. X. et ineunte XI. sanctitate et miraculis floruit. Is jam antea clericali militiae adscriptus ex monacho Cluniacensi ecclesiae cathedrali Perusinae anno 964 eo positae monasterium adjecit, cui a Joanne XIII. uti Abbas praefectus est. Quod, cum maxime floreret disciplina regulari. Romani Pontifices, Benedictus VII. et VIII. et Eugenius IV. summa benevolentia prosecuti sunt, bonis, privilegiis, exemptionibus pluribus. Conradus vero II., Imp., monasterii censum auxit et imperiali protectione communivit. Abbatiae hucusque 165 praefuerunt Abbates.

Anno 1398, Francisco Guidalotti Abbate, aedes monasterii incendio conflagrarunt, quae postea variis temporibus restitutae, imo magnificentius superstructae sunt. Major autem impensa est cura ornatui Basilicae, quae scil. monumentum evasit eximiae pulchritudinis tam opere architectonico, quam pictis tabulis et marmoreis pretiosisque lapillis mire insertis, ac demum stupendo choro ligneisque scamnis mirifice insculptis.

Jam ut civilis legis vim effugeret monasterium in colonorum scholam immutatum est, cui ipsi monachi praesident et adlaborant. Pium idcirco institutum adolescentium pauperum fere 200, publicae utilitati est, sive ad pietatem fovendam et prima literarum rudimenta edocenda, sive ad agriculturam certa scientia et art exercendam. Ad haec Divi Protoparentis Benedicti spiritu, pauci licet, monachi excitantur et pristinam sanctitatis et doctrinae famam inhiant.

Bibliotheca fere 20,000 voluminibus constat, quorum plurima sat insignia, digna sane, quae a doctissimo viro, Angelo Cardinali Maio plurimi haberentur. In *archivio* codices manuscripti membranei circiter 30 et pergamenae magni valoris fere 500 asservantur.

Illustrium monachorum series in hoc coenobio ab usque *Petro Vincioli* duci debet, qui 10. Jul. 1007 in coelum evolavit, cui superum honores concessi sunt. et anno 1631 publico Perusinorum consilio patrocinium civitatis attributum est. Catholicae fidei acerrimus extitit defensor *Bonizzo* contra Nicolaitas et Berengarium; *Ugolinus Vibi* juris pontificii peritissimus hinc floruit, dignus, qui a Joanne PP. XXII. Perusinis antistes constitueretur. Accedunt *Philippus Vibi*, in philosophia ac mathesi peritissimus; *Gaspar Perusinus*, doctor decretalium, episcopus Ariminensis; *Lucas Galmarelli* et *Jordanus Gaspari* pietate aeque ac literis clarissimi viri; *Zacharias Castagnola*, vir maximae dexteritatis; *Gregorius Cortesius*, a Leone X. inter Cardinales cooptatus; *Marcus de Clariis*, qui doctor interfuit Concilio Tridentino; denique *Hieronymus Ruscelli*, *Franciscus M. Galassi*, *Vincentius Bini* ac *Fridericus Chiaramonti*, qui omnigenae eruditionis laude velut alter Magliabecchius praeclarus fuit.

MONACHI:

Reverendissimus et Amplissimus Dominus, D. BERNARDUS ANTONIUS DE RISO,

Abbas,

nat. Catacei in Calabria 1. Jan. 1824, prof. in monast. Ss. Trinitatis Cavae 6. Jan. 1845, sac. 2. Aug. 1846, Abbas a Summo Pontifice designatus 19. Mart. 1878.

2. Revmus P. D. Placidus Aquacotta,

Abbas titulo SS. Benedicti et Feliciani de Fulginio,

nat. Matelicae in Piceno 9. Maj. 1805, prof. 19. Jan. 1821, sac. — Dec. 1827.

3. R. P. D. Aloysius Manari,

Prior claustralis,

nat. Corae in Latio 27. Dec. 1821, prof. in monast. S. Scholasticae Sublaci 2. Apr. 1839, sac. — Maj. 1844.

4. R. P. D. Hieronymus Santorelli.

nat. Tuderti 13. Mart. 1825, prof. 13. Nov. 1842, sac. 23. Julii 1848.

5. **R. P. D. Vincentius Odorisio,**

nat. Agnoni in Samnio 4. Sept. 1821, prof. 3. Sept. 1848, sac. 26. Mart. 1849.

6. **R. P. D. Pius Maria Lippi,**

(e congreg. Montis Oliveti) nat. Lucae 28. Sept. 1828, prof. in Monte Oliveto majori 5. Oct. 1852, sac. 7. Nov. 1852.

7. **R. P. D. Maurus Pierleoni,**

nat. Narniae 1. Aug. 1841, simpl. prof. 13. Dec. 1858, sac. 1. Aug. 1870.

Fratres Conversi: Septem.

Monasterium habet jus patronatus in 29 ecclesias parochiales.

Necrologium inde a 1. die Jan. 1866.

1. **R. P. D. Jacobus Mariani,**

nat. Caesenae, prof. 3. Dec. 1839, obiit 5. Dec. 1871, aet. an. 71.

2. **Revmus P. D. Paulus Melchiorri,**

nat. Recinae, prof. 19. Dec. 1825, subitanea morte obiit 1. Sept. 1873, aet. an. 63.

3. **R. P. D. Cajetanus Confalone,**

nat. Ravelli, prof. 1. Nov. 1826, obiit 2. Feb. 1874, aet. an. 81.

4. **R. P. D. Basilius Zinanni,**

nat. Ravennae. prof. 19. Dec. 1825, obiit 13. Sept. 1875.

5. **Revmus P. D. Emmanuel Lisi,**

nat. Mylis, prof. 7. Oct. 1834, obiit 9. Nov. 1877, aet. an. 63.

5. ABBATIA SS. SEVERINI ET SOSII,

NEAPOLI, ARCHIDIOECESI NEAPOLITANA.

Inscript. epist.: SS. Severino e Sosio, Napoli, Italia.

S. Patris Benedicti Ordo vel a primis incunabulis altas egit radices in urbe Neapolitana. Inter insigniora coenobia excelluit, quod in vico *Missi*, postea *S. Severini* fundatum est saec. IX. vertente. Fertur eo vetus aedicula extitisse S. Maroni Severino, Pontifici civitatis sacra. Accultius sive Accultarius, Abbas, jubente episcopo Athanasio, ac duce, quindecim adscitis monachis a Lucullana S. Severini, Noricorum Apostoli, familia, monasterium erexit. utrique Severino dicatum, et moriens Joannem, discipulum eodem praeposuit. Hujus fama percrebruit ita ut praediis coenobium locupletatum et privilegio ipsius Athanasii ab episcopali jurisdictione exemptum fuerit. Lucullano fere direpto, anno 902, Joannes S. Severini corpus in suum monasterium invexit annuente Stephano III., Episcopo, et Gregorio II., ac Duce. Idem Joannes e dirutae cathedralis Misenatensis ruinis perquisitum corpus S. Sosii martyris Neapolim detulit et in ecclesia juxta corpus S. Severini composuit. Magnificentissimum templum cunctis admirationi excitatum est anno 1490 sumptibus Alphonsi Aragonii, Neapolis regis et patriciae Mormilionum familiae. Superstructum est veteribus aedibus, quae in hypogeum evaserunt, ubi corpora sancta quiescebant, ac superornatum a Francisco Mormando et a Sigismundo de Joanne, ejus discipulo, qui magnam testudinem templo imposuit, sculptis pictisque operibus undequaque fulgentem. Siquidem Belisarius Corentius parietes et laquearia picturis, quae S. Benedicti praeclare gesta exhibent, ornavit. Anno 1731 aliae inductae sunt reparationes; pavimentum vario marmorum genere stratum multis epigraphis et sculptis familiarum insignibus nitet; potissimum admiratione dignum est saxum, quo Belisarii, jam dicti, corpus tegitur qui annos 85 natus, dum parietes pingeret, ab alto prolapsus interiit. Celebriora sunt magni Merliani opera in sacello familiae Sanseverianae et in elegantissimo Andreae Bonifacii tumulo. Chorum ob elaboratas ad unguem ligneas imagunculas prae ceteris forsan omnibus admirari est. Hoc maxime dolendum, quod anno 1807, Gallis per Europam insanientibus, benedictinaque familia e loco expulsa, cives oppidi Fractensis, Bernardo della Torre Episcopo quidem assentiente, sacra pignora SS. Severini et Sosii abstule-

rint et impromptu devotione sibi usurpaverint. Utinam saltem S. Severini corpus pristinam in sedem referatur!

Mole et ornatu splendidum coenobium primum classiariorum tyronum collegium excepit. mox regium archivum. Rebus compositis monasterii pars, quae porticum Platani ambit, monachis reddita fuit, quibus iterum vero anno 1861 expulsis et ea ablata quoque est. Templum non ita pridem sacerdotibus saecularibus commissum nuperrime ab Archiepiscopo Neapolitano, Gulielmo Sanfelice nostris restitutum est. Videre est in ea ecclesia magnam populi frequentium et singularem pietatem erga iconem B. M. V., a primaeva labe expertis, anno 1845, d. 2. Feb. aurea corona a Capitulo Vaticano redimitam.

MONACHI:

Reverendissimus et Amplissimus Dominus, D. BERNARDUS GAETANI D'ARAGONA,

Abbas,

plurium Academiarum Socius et ab Archiep. Neopol. subdelegatus Visitationi Collegii Sinensium, nat. Cajetae 1812, prof. in Monast. St. Trinitatis Cavae 8. Dec. 1836, sac. 27. Jan. 1837, Abbas S. Petri Perusiae ab anno 1874, heic designatus mense Feb. 1879.

2. R. P. D. Benedictus de Riso-Carpinone,

nat. Neapoli. 20. Nov. 1814, prof. 16. Sept. 1837, sac. 19. Mart. 1839, Administrator.

3. R. P. D. Paschalis Carignano,

nat. Neapoli 7. Dec. 1818, prof. in Monte Cassino 8. Dec. 1838 sac. 8. Sept. 1840.

4. R. P. D. Benedictus de Silva.

nat. Neapoli 16. Sept. 1817, prof. in monast S. Scholasticae 12. Maj. 1843, sac. 27. Mart. 1845.

In *Bibliotheca* erant voll. 2,419, ad Cassinum autem translata una cum pluribus codicibus *pretiosissimis* ac 2,000 membraneis.

Necrologium inde a 1. Jan. 1866.

1. **R. P. D. Angelus Grillo,**
nat. Catacei, prof. 26. Jul. 1831, obiit in publico Hospitali 27. Jan. 1875.

2. **RR. P. D. Athanasius Cavalcanti domo Cosentia.**
nat. Neapoli anno 1777, prof. 19. Aug. 1798, sacerdos, Abbas ab anno 1831, pluries Visitator Congreg., obiit Neapoli extra claustra Sept. 1867, aet. an. 90.

6. ABBATIA S. CATHARINAE SEU S. DOMINICI,

SENIS, ARCHIDIOECESI SENENSI.

Inscript. epist. S. Caturina, o S. Domenico, Siena, Italia.

Monachi S. O. N. in provincia Senensi perantiquum atque insigne habuerunt coenobium, cui nomen de S. Eugenio. Vix mille passibus a civitate Senensi distabat in supercilio montis positum, inde via Grossetum usque patet directa. Warnefridus Longobardus, tum tempore Senis Castaldus regius, fundamenta prima an. 730 posuisse traditur. Guido a Monteforte, comes, castra ibidem posuit aggeribusque munivit, qui et cladem fecit Caroli Andegavensis jussu, toti civitati minitantis ruinam. Eundem locum Petrus de Strozzis munitionibus sepivit an. 1553, quae non nisi maxima virtute Marchionis Marignano expugnari potuerunt.

Pontifices atque Imperatores opibus, juribus, privelegiis monasterium Eugenianum ditarunt, ut literae Henrici IV. datae 5. Jun. 1081 et Friderici, d. 8. Aug. 1085 amplissimo sunt testimonio.

At ob praedonum incursus monachi insequentibus temporibus intra moenia Senis se receperunt, quibus quidem a municipio Senensi an. 1786 datum est coenobium S. Catharinae, non ita pridem a Dominicana familia desertum. Hoc coenobium an. 1225 a quodam Fortebraccio de Malevoltis exstructum et Ordini Praedicatorum datum est, quod deinceps annis 1445 et 1531 incendio vastatum, cives restituendum curarunt. Sacra turris a Petro de Sacco an. 1490 constructa fuit, at pluries terraemotu disjecta est, quae scil. annis 1704, 1800, 1810 refecta toties totiesque breviori excrevit forma. Annis 1859 et 1860, curantibus monachis pristino restituta

est splendori. Jam vero monachi civili lege exturbati votis et consilio tempus inhiant, quo ecclesiam et monasterium rursus ingrediantur; quin imo moram indigne ferentes parvum monasterium in vicinis civitatis exstruendum jam curant, quo se recipere queant ad regularem vitam communiter ducendam et agriculturae artem pauperes docendam. Quodsi eorum vota felicem habebunt exitum, adjuvante Deo, novis aedibus nomen erit et auspicium a SS. P. Bendicto.

MONACHI:

Reverendissimus et Amplissimus Dominus,
D. GREGORIUS BIAGIONI,
Abbas,

nat. Castrinovi 24. Apr. 1806, prof. 25. Mart. 1830, sac. 16. Maj. 1830, Abbas ac Visitator Congreg. ab an. 1874.

2. **R. P. D. Paulus Ricci,**
Prior claustralis,

nat. Fivizzani 30. Dec. 1805, prof. 13. Nov. 1829, sac. 31. Jan. 1830.

3. **R. P. D. Isidorus Galardi,**

nat. Burgi S. Sepulchri 30 Maj. 1818, prof. 13. Nov. 1842, sac. 18. Dec. 1842.

4. **R. P. D. Columbinus Mariani,**

nat. Fivizzani 18. April, 1819, prof. 25. Mart. 1845, sac. 4. Maj. 1845.

5. **R. P. D. Placidus de Batines,**

nat. Viennae Allobrogorum 14. Oct. 1838, simpl. prof. 10. Jun. 1856, sol. prof. 17. Feb. 1863, sac. 23. April. 1862.

6. **R. P. D. Remigius Barbieri,**

nat. Senis 7. Sept. 1836, simpl. prof. 20. Jun. 1857, sol. prof. 17. Dec. 1861, sac. 24. Mart. 1861.

Frater conversus: Unus.

Necrologium a 1. die Jan. 1866.

Revmus P. D. Stephanus Bertoi,

nat. in Castronovo Grafiniano 19. Mart. 1806, prof. 25. Mart. 1830, sacerdos ordinatus, Abbas Florentiae an. 1853—1858, deinde Senis usque ad 28. Maj. 1874, quo die ex hac vita excessit, magnum sui desiderium monachis moerentibus reliquens, qui monumentum cum lacrymis ei in coemeterio "de Misericordia" posuerunt.

7. ABBATIA S. MARIAE DE MONTE,

CAESENAE, DIOECESIS CAESENATENSIS.

Inscript. epist.: Sancta Maria del Monte, Cesena, Italia.

Sanctus Maurus, episcopus Caesenatensis, qui ipse monachus fuisse fertur, certe primus in Abbatum serie, hoc monasterium erexit anno 930. Celeberrimus est iste locus ac frequentissimus ob prodigiosam B. M. V. in coelos assumptae effigiem. Vices hujus monasterii luctuosae admodum sunt, nam initio hujus saeculi a gubernio primi Napoleonis tum eo obtinente suppressum est, licet ejus alumnus professus, D. Gregorius Barnabas Chiaramonti eo tempore in cathedra apostolica sederet. Qui scilicet ibidem solemnia nuncupaverat vota die 20. Aug. 1758, deinceps diversis temporibus in Parmensi monasterio S. Joannis, et in Ostiensi S. Pauli legit philosophiam et theologiam, porro Abbas regiminis anno 1781, inde vero Episcopus Tiburtinus, 1782, ac denique translatus ad ecclesiam Corneliensem et S. R. E. Cardinalis die 14. Feb. 1785 renunciatus est titulo S. Callisti. Jam idem, Deo disponente, Summus Pontifex electus, exagitatus et Roma exturbatus per diversa Europae loca fuit, ut monumentis publicis omnibus constat. Ad Romanam vero sedem restitutus, die 24. Maj. 1814, Urbe et orbe plaudente universo, in via pientissimus Pontifex patriam visitavit civitatem, ubi effigiei B. M. V. in hoc monasterio venerationi expositae auream suis manibus imposuit coronam. Regresso in Urbem maxime cordi fuit monasterium, in quo Deo se dicaverat, denuo excitandi; quapropter apostolicis literis datis dotavit monasterium; morti jam proximus privatam bibliothecam 10,000 constantem voluminibus, pretiosam non minus ac numerosam, ipsi legavit monasterio. Hujus quidem supremae voluntatis executionem dynastis propriae gentis nobilissimae mandavit. At proh dolor! nam anno 1866 denuo monasterium legi, quam vocant civili, suppressum est,

tutorumque ac patronorum ignaviae tribui quoque debet, quod monasterium adhuc jaceat infrequens. — Bibliotheca a municipio civitatis per summam injuriam occupata et sublata est.

MONACHI:

Reverendissimus et Amplissimus Dominus,
D. ELDRADUS DE FAZY,
Abbas,

nat. Boelarii 12. Dec. 1802, prof. in monast. SS. Petri et Andreae Novaliciae, nunc omnino extincto, 31. Dec. 1823, sac. 11. Mart. 1826, Abbas ab anno 1841, pluries Visitator Congreg., heic Abbas ab anno 1855.

2. R. P. D. Fridericus Marinelli,
nat. Anconae —— 1808, prof. 17. Aug. 1828, sac. ———.

Fratres conversi: Duo.

Necrologium a 1. die Jan. 1866.

Revmus P. D. Petrus Franciscus Casaretto.
nat. Anconae, sol. prof. in hoc. monast. 17. Aug. 1828.
(Vide infra "Congreg. Cas. de primaeva observantia.")

---

8. ABBATIA S. PETRI,
SAVILIANI, ARCHIDIOECESIS TAURINENSIS.

Inscript. epist.: San Pietro di Savigliano, Italia.

Fundamenta hujus monasterii titulo SS. Petri et Pauli jecit S. Faustus, S. Mauri consodalis, anno 583, altero scil. anno ab obitu S. Mauri. Faustus se D. Mauro comitem adjunxerat in gallico itinere, cui insuper operam praebuit in fundando monasterio Andegavensi; post obitum S. Mauri vero e Gallia discedens Savilianum potiit in regione Pedemontana. Eo itaque constitit, et quo prophanum Dianae templum erat exstructum, vero Deo sacrum posuit oratorium, quod in honorem SS. Apostolorum Principum dicavit. Inde etiam discedens Cassinum regressus est. Sub initio saec. VIII. Aluitprandus ejusque in principatu Longobardorum successor, Aripertus, monasterium construxere, in quo et morati sunt ac

per aliquod tempus manserunt. Quod tamen cum videretur nimis angustum prae numero monachorum, et a Saracenis pene dirutum esset, anno 902 in ampliorem formam redactum est, et celebre inde evasit tum religionis disciplina tum variis artibus, praesertim agriculturae. Ipsum monasterium invisit D. Bernardus Abbas Claravallensis, ubi comitem sibi monasterii Abbatem adjungens ad concilium perrexit Pisis celebrandum.

MONACHI:

Reverendissimus et Amplissimus Dominus,
D. MAURUS MUSI,
Abbas,
nat. Mutinae 12. Dec. 1805, prof. in monast. Mutinensi 13. Nov. 1823, sac. Dec. 1828, parochus ecclesiae abbatialis ab anno 1848, abbas designatus 1874.

2. **R. P. D. Dominicus Arnaldi,**
nat. Castelarii in Liguria ——, prof. 15. Aug. 1842, sac. ——.

3. **R. P. D. Theodoricus Daniele,**
nat. Saviliani ——, prof. 2. Feb. 1847, sac. ——.

Necrologium ab anno 1866.

1. **R. P. D. Michael Angelus Bianchi,**
nat. Saviliani, ——, prof. 1. Dec. 1830, obiit. ——.

2. **R. P. D. Bernardus Soullier,**
nat. Calmuntii, ——, prof. an. 1848, obiit. ——.

9. ABBATIA SSMAE. TRINITATIS,
CAVAE TYRRHENORUM, NULLIUS DIOECESIS.

Inscript. epist.: Cava dei Tirreni, SSma. Trinita, Napoli, Italia.

S. Alferius, inclyta Pappacarbonum Longobarda familia ortus ac Salerni principibus sanguine affinis, ad Ottonem, Germaniae imperatorem, a Guaimario principe missus in monasterio S. Michaelis de

Clusa longo itinere fatigatus constitit. Ibi gravi morbo correptus mundi honoribus nuntium misit Cluniacumque petiit, Odiloni magistro cucullam induit et ascensiones in corde suo disposuit. Ab avunculo Guaimario Salernum revocatus monasteria, quae ibi erant regenda suscepit. Verum enimvero solitudinis amore flagrans, relicta civitate, in speluncam praerupti et excelsi montis, quem "*Fenestrae*" audiunt, sese abdidit. Mons quintum fere lapidem a maris littore eminet, ac in declivem latitudinem sternitur, quam Cavam Arsiciam et deinde Vallem Metellianam a Romana colonia, quam Q. C. Metellus consul huc adduxerat, appellatam a majoribus novimus. Ad cujus montis radices Alferius sub anno 1011 monasterium Ss. Trinitatis exstruxit et sanctitate reddidit celeberrimum. Recensendi *Desiderius*, Beneventi princeps. *Alfanus*. *Leo*; quorum primus Cavensis monachus, postea Cassini Abbas, S. R. E. Pontifex maximus, Victoris III. nomine notissimus; *Alfanus*, medica arte conspicuus, e Cavensi ad Cassinense demigrans, tandem archiepiscopus Salernitanus praefuit; *Leo*, Luccae in Etruria natus, post Alferium Abbas eligitur. Quo regente, bonorum ingenti copia monasterium ditatum et hominibus mundum deserentibus frequentatum est. Hinc Petrus, tertius Abbas, S. Alferii a fratre nepos, Leoni suffectus monasterium ampliandum et ecclesiam novo fundamine exstruendam curavit. Is monasterium Cluniacense adiisse memoriae proditur, donec ab Hildebrando Cardinali revocatur in Cavense coenobium. Tunc Otto ille, qui postmodum Urbanus II. Summus Pontifex evasit, Petro se comitem adjecit, eoque familiarissime est usus. Urbanus monasterium revisit ecclesiamque suis consecravit manibus.

Munificentia Urbani II. et Bonifacii PP. IX. singularia monasterio Cavensi collata sunt privilegia. Abbas jurisdictionem quasi-episcopalem obtinuit ac modo obtinet, basilicas potest consecrare, conficere chrisma, praeter ea quae ceteris Abbatibus Ordinariis sunt communia. Aliquot annorum spatio territorium separatum in episcopatum erectum, postea in commendatam Abbatiam redactum, tandem libero nuncio Oliverii Carafa, annuente Alexandro PP. VI., in monasticam jurisdictionem rediit. Medio jam aevo vel sub ejus fine plura in societatem commoda ex hac Abbatia redundarunt. Monumentum adhuc superest in eo castro, quod vulgo "Castello del Abate" nuncupatur, a S. Constabili Lucano anno 1123 in acumine montis, qui Possidoniae sinum et Leucosiae promontorium prospectat exstructum est, quo palantes agricolae se in tutum reciperent. Felicissimum vero, in hoc monasterio optima viguit regularis observantia, ac unacum pietatis studio scientiarum

et artium cultus, ita ut hujus monasterii fama longius vel extra Italiam diffunderetur. Etiamnum monachi, sive in divinis persolvendis laudibus, sive celebratissimi tabularii documentis mediae aetatis collustrandis typisque mandandi, atque in frequenti fovenda studiosa juventute alacriter operam impendunt. Bina etiam ephebea, *seminarium* scil. dioecesanum ac *collegium*, claustra ornant.

Inter viros, qui monasterium illustrarunt satis erit recensere *Urbanum* PP. II. et *Victorem* PP. III., qui anno 1047 Cavensis alumnus fuit; porro sanctos, quos patres monasterii appellant, *Alferium*, *Constabilem*, *Leonem ac Petrum;* inde *Rossemannum*, Cardinalem anno 1128, *Angelottum de Fuscis*, Cardinalem anno 1421; *Joannem Marsicanum*, *Franciscum Mormilium*, *Victorinum Mansum*, *Joseph Lamellinum*, episcopos; necnon *Ligorium Majorinum* anno 1394 archiepiscopum Salernitanum, ac denique *Franciscum de Agello* Barensem Archiepiscopum anno 1425.

In celeberrimo tabulario plusquam 20,000 *diplomatum* diligentissime ac miro ordine digesta asservantur. Antiquitate caeteris antecellit charta diplomatica, nomine *Morgengal* cognita sub anno 792. In *bibliotheca* 10,000 voluminum continentur, quae non solum ob multa incunabula eaque praeclara sed etiam ob praestantissimos codices membranaceos inter praecipuos Italiae habetur. *Pinacotheca* etiam invisitur in qua praecipue sunt tabulae mirifice ab Andrea Sabatini, vulgo *del Sarto*, Carolo Dolci et Saxoferrato depictae.

MONACHI:

Illustrissimus et Reverendissimus Dominus,
D. MICHAEL MORCALDI,

Abbas Ordinarius, plurium academiarum socius, tabularii Cavensis regius praefectus,

nat. Neapoli 18. Jan. 1818, prof. 23. Jan. 1840, sac. — Dec. 1842 Abbas Lyrinensis ab an. 1874, heic promotus brevi Apostolico ad nutum S. Sedis mense Augusto 1878.

2. Revmus P. D. Julius de Ruggiero,

ex Abbate Ordinario Cavensi ab 1859-1878 Abbas titulo Lyrini, nat. Salerni — 1812, prof. 5. Apr. 1836, sac. —.

3. Revmus P. D. Bernardus Gaetani d'Aragonia,

Abbas Ss. Severini et Sosii, Neapoli; vid. sub 5. supra.

4. R. P. D. Petrus de Riso,
nat. Catacei in Calabria — 1818, prof. 8. Dec. 1839, sac. —.

5. Revmus P. D. Bernardus Ant. de Riso,
Abbas S. Petri Perusiae, vide sub 4. supra.

6. R. P. D. Cajetanus Foresio,
nat. Taranti, —, prof. 23. Jan. 1846, sac. —.

7. R. P. D. Hildebrandus Milano,
nat. Neapoli — 1830, prof. 1. Nov. 1851, sac. —.

8. R. P. D. Honoratus Sansò,
nat. Capuae —, prof. 1. Nov. 1851, sac. —.

9. R. P. D. Silvanus de Stephano,
nat. Neapoli — 1837, sol. prof. 15. Aug. 1859, sac. —.

10. R. P. D. Benedictus Bonazzi,
nat. Neapoli — 1842, simpl. prof. 15. Aug. 1859, sol. prof. 25. Mart. 1863, sac. ——.

11. R. P. D. Maurus Schiani,
nat. Neapoli — 1842, simpl. prof. 15. Aug. 1859, sol. prof. 15. Aug. 1863, sac. ——.

Fratres conversi: Septem.

Seminarium dioecesanum 54 alumnos numerat, *Collegium* vero 40. Percurritur gymnasialis cursus et lycealis, atque in Seminario sacrae disciplinae universae traduntur. Dioecesis nullius sub Abbatis Ordinarii jurisdictione sunt pagi *decem*, animae vero circ. 20,000.

Necrologium a 1. die Jan. 1866.

1. R. P. D. Leo Sanchez de Luna,
nat. Neapoli, prof. 15. Maj. 1825, obiit 18. Dec. 1868, anno aet. 64.



MONTE CASSINO, Italia.

2. Revmus P. D. Anselmus Fava,
nat. Adamantii, prof. 2. Jul. 1828, obiit Abbas Neap. 30. Apr. 1874, an. aet. 67.

3. R. P. D. Urbanus Foresio,
nat. Taranti, prof. 5. Apr. 1840, obiit 2. Sept. 1876, an. aet. 57.

4. R. P. D. Isidorus del Fuso,
nat. Atellae, prof. 7. Jun. 1829. obiit 2. Feb. 1879. an. aet. 71.

10. ARCHI-ABBATIA S. BENEDICTI,

MONTE CASSINO, NULLIUS DIOECESIS,

Inscriptio epist.: Monte Cassino, Terra di Lavoro, Italia.

Archicoenobium O. N. anno salutis 529 ab ipso Ssmo P. N. Benedicto in Cassini arce fundatum, sexaginta post annos a Longobardis juxta ipsius parentis prophetiam incensum et vastatum fuit. Monachos duce Abbate Bonito Romam confugientes Pelagius PP. II. benigne excepit, et patriarchis Lateranensi addixit; ex eo, si tamen vera est fama, S. Gregorius M., Ecclesiae Pontifex ac Doctor, S. Augustinus, Angliae apostolus, et sanctissimi illi monachi quos is accepit praedicationis socios, prodierunt. Non pauci etiam ipsius beatissimi Patris discipuli in diversa loca dispergebantur et multa aedificarunt monasteria, ut S. Antoninus Surrentinam Abbatiam; nonnulli vero constiterunt juxta direptum monasterium vitam eremiticam agentes. Tandem cura SS. PP. Gregorii II., Gregorii III., et Zachariae opitulantibus monachis S. Vincentii ad fontes Vulturni monasterium reaedificatur et disciplinae restituitur per S. Petronacem Brixiensem a Papa Abbatem designatum. Ecclesia reaedificata, inventisque et recognitis sacris pignoribus S. Patris Benedicti sororisque ipsius Scholasticae ab ipso summo Pontifice Zacharia consecratur anno 748. (Cf. Di San Zaccaria Papa e degli anni del suo Pontificato. Commentarii storico-critici, raccolti ed espositi da Domenico Bartolini, Prete Cardinale della S. C. Romana. Ratisbona. Pustet. 1879. Cf. spec. pag. 294–369, alibi.)

Irruentibus Saracenis per Italiae provincias et omnia susque deque vertentibus, sacrum monasterium una cum templo S. Salvatoris

juxta radices Cassini an. 884 direptum iterum fuit. Barbarorum infidelium gladio interempti sunt sanctus Bertharius Abbas, aliique complures ejus monachi, quos martyres veneratur ecclesia. Caeteri fuga elapsi Theanum se receperunt Angelarii abbatis ductu, sed et Theanense monasterio igne consumpto, Joannes abbas Cassinensis Capuam deduxit, ibique in honorem S. Benedicti ecclesia et coenobium excrevit. Hinc demum anno circiter 950, Aligerno duce nostri monachi Cassinum repetierunt. Novem in sede succedentibus Abbatibus, quos inter Fridericus Lotharingus, Stephanus postea PP. IX., familia Cassinensis multum pietate, scientia et doctrina in dies et annos aucta fuit, ac tandem sub Desiderio Abbate, qui in sede Romana Victor PP. III. fulsit, ad usque summum famae et nominis fastigium pervenit. Alter fere a Benedicto parens Desiderius disciplinam regularem promovit, sacrarum literarum et scientiarum quarumcunque studia provexit, scholas artium instituit, sacras aedes pene a fundamentis excitavit, Alexandrum PP. II. humillime vocavit Cassinum, qui Basilicam consecraret. Tantus fuit Desiderii Abbatis erga sacrum montem amor, ut per annos viginti novem nullo pepercerit vel studio vel labori, ac, licet ad supremum Pontificatus dignitatem invitus eligeretur, heic in dilecto monasterio suo animam reddere maluerit sanctitate et meritorum gloria clarissimus anno 1087.

Quo tempore Avenione Joannes PP. XXII. regnabat, archicoenobium Cassinense in sedem episcopalem transmutavit, verum 40 annorum experimento infelicissimo factum est, ut regularis disciplina et monasterii substantia simul pessumdarentur. Qua de re Urbanus PP. V. antea abbas S. Victoris prope Massiliam, misertus archicoenobii statum, nomen abbatis assumpsit, ecclesiam et monasterium, quae, sedente Clemente PP. V. anno 1345 corruerant, aere ex universo ordine benedictino collato, ex integro restauranda curavit et in pristinum decus reduxit. Nihilo minus paulo post Abbatia in commendam recidit, et munificentiae Joannis Medicaei, ultimi Abbatis commendatarii Leoni scil. PP. X. tribui debet, quod monachi pristinam conditionem obtinuerint et archimonasterium congregationi "de Unitate" adjunctum illam cohonestavit et adeo permagnum commodum reportavit. Ex eo usque in praesentem diem 80 abbates monasterium rexerunt. Basilica Cassinensis, prout nunc est saec. XVII. magnificentissimo et pereleganti conspectu renovata et reaedificata atque a Benedicto PP. XIII. d. 19. Maj. 1727 solemnissime dicata est.

In praesentiarum vi et injuria temporum factum est, ut monasterium sua quaque re expoliatum sit. Monachi vero, etsi hominum

adjutorio et omni adeo ope destituti, plurimisque diversis operibus distracti et occupati, Deo opitulante, a proposito vitae regularis non desistunt, imo gestiunt sibi adhuc concessum esse in sacro monte perstare et parentum nostrorum charas exuvias dulcissime recolere et custodire.

MONACHI:

Illustrissimus et Reverendissimus Dominus, D. NICOLAUS (IV.) D'ORGEMONT DE LA FONTAINE,

in serie Abbatum 294*mus*, *Abbas M. Cassini Ordinarius, Abbas S. Vincentii ad fontes Vulturni, S. Petri de Avellana, S. Liberatoris ad Majellam, S. Sedi immediate subjectus*,

nat. Neapoli 22. Jun. 1826, prof. 22. Jul. 1847, sac. 23. Dec. 1848, Abbas Brevi Apostolico ad nutum S. Sedis 24. Dec. 1871 renunciatus.

2. **Revmus P. D. Eldradus De-Fazy,**

Abbas S. Mariae de monte, Caesenae;

(vide pag. 94.)

3. **Revmus P. D. Joseph Frisari,**

Abbas titulo S. Mariae Rotundae,

nat. 25. Aug. 1804, prof. 25. Aug. 1825, sac. — Mart. 1827, Abbas Cassinensis 1841–1850.

4. **R. P. D. Claudius Buzzoni,**

nat. —— 1804, prof. Parmae 8. Dec. 1825, sac. ——.

5. **Revmus P. D. Vincentius Bovio,**

Abbas titulo S. Matthaei servorum Dei,

nat. Bitunti 17. Feb. 1809, prof. 17. Feb. 1830, sac. 28. Aug. 1831, Abbas usque ab anno 1869.

6. **R. P. D. Cajetanus Ponzetti,**

nat. Cremonae 17. Jul. 1812, prof. Parmae 12. Maj. 1831, sac. 4. Apr. 1834.

7. **Revmus P. D. Aloysius Tosti,**

Abbas titulo S. Angeli de Cajeta,

nat. Cajetae 13. Feb. 1811, prof. 13. Feb. 1832 in monast. S. Pauli de Urbe, sac. 19. Dec. 1833, Abbas usque ab anno 1858.

8. **R. P. D. Michael Pappalettere,**

nat. Baruli 8. Oct. 1819, prof. 11. Oct. 1840, sac. ——.

9. **R. P. D. Bertarius Gadaleta,**

nat. Vigiliis 22. Jun. 1821, prof. 21. Nov. 1844, sac. —— 1846.

10. **R. P. D. Bernardus Smith,**

(vide supra sub Abbatia S. Pauli de Urbe n. 8.)

11. **R. P. D. Carolus Philippus Carfora,**

nat. Neapoli ——, prof. 20. Maj. 1820, sac. ———.

12. **R. P. P. Caesar Quandel,**

nat. Neapoli 8. Jun. 1837, simpl. prof. 16. Jul. 1859, sol. prof. 21. Dec. 1863, sac. 3. Maj. 1865.

13. **R. P. D. Oderisius Piscicelli-Taeggi,**

nat. Neapoli 3. Aug. 1840, simpl. prof. 13. Nov. 1859, sol. prof. 21. Dec. 1863, sac. 3. Maj. 1865.

14. **R. P. D. Bonifacius Krug,**

Prior claustralis,

nat. in Huenfeld prope Fuldam, Boruss. 9. Sept. 1838, simpl. prof. in monast. S. Vinc. a Paulo in Pennsylvania 19. Mart. 1860, sol. prof. Cassini 22. Maj. 1864, sac. 16. Sept. 1861.

15. **R. P. D. Vincentius Ferrari,**

nat. Soranae prope Pisciam 14. Sept. 1840, simpl. prof. Florentiae 18. Dec. 1860, sol. prof. Cassini 8. Dec. 1865, sac. 26. Maj. 1866.

16. R. P. D. Joseph Quandel,

nat. Neapoli 22. Aug. 1833, simpl. prof. 26. Dec. 1865, sol. prof. 21. Maj. 1874, sac. 21. Mart. 1870.

17. R. P. D. Cajetanus Bernardi,

nat. Caramanici 1. Nov. 1827, simpl. prof. 29. Sept. 1870, sol. prof. 25. Maj. 1874, sac. 5. Sept. 1872.

18. R. P. D. Anselmus Maria Caplet,

Pro-Magister Novitiorum,

nat. Regulis in Gallia 30. Apr. 1836, simpl. prof. 21. Apr. 1871, sol. prof. 25. Maj. 1874, sac. 29. Jun. 1861.

19. R. P. D. Liborius Maria de Padova,

nat. Pesculi Constantii 14. Mart. 1803, jam sac. a Sept. 1825, simpl. prof. 8. Dec. 1878, sol. prof. cum dispensatione apostolica 21. Mart. 1879.

NOVITII:

D. Placidus de Mauro,

nat. Panormi 30. Jul. 1855, subdiac. 23. Dec. 1876, indutus 2. Aug. 1878.

D. Germanus de Vito,

nat. Capuae 15. Sept. 1855, indutus 2. Aug. 1878.

Sacrum habitum *postulantes:* Duo.

Fratres conversi: Octo.

In *Seminario dioecesano* quod in ipso monasterio regitur sunt alumni 60, in *Collegio* alumni 50.

Territorium subjectum Abbatis Ordinarii jurisdictioni continet *pagos* 48, *ecclesias* 199, de quibus 57 parochiales sunt; *animarum* vero sunt fere 100,000. Porro subest asceterium *Monialium*, S. Scholasticae in civitate Cassini, fundatum 1434, denuo excitatum 1639, in quo sunt Moniales 14, Conversae 4.

Duplex *Bibliotheca* typis editorum; una 25000 voluminum continet, altera 15000, cui adjuncta est bibliotheca *manuscriptorum* et *numismatum* collectio. Celeberrimum *tabularium* codices membranaceos 863, chartaceos 945, quorum 798 antiquiores sunt anno 1400. Asservantur circiter 40000 Acta, ut plurimum in pergamena, de quibus 1220 sunt diplomata SS. Pontificum, Imperatorum, Regum aliorumque principum. Monachus, archivo Cassinensi praefectus adnexum habet munus *protonotarii* apostolici.

Denique adsunt: *typographia*, *chromolithographia*, *photographia*, et ex quo gubernium sibi appropriavit monasterium, adest statio meteorologica ac telegraphus electricus.

Necrologium a die 1. Jan. 1866.

1. R. P. D. Victor Maria Ferrari,

nat. Neapoli, prof. 17. Oct. 1842, Prior claustralis obiit Neapoli 5. Jan. 1869.

2. Illmus et Revmus P. D. Carolus Maria De Vera de Aragonia,

nat. Neapoli, prof. 10. Mart. 1844, Abbas Ordinarius, interfuit Concilio Vaticano, obiit Neapoli 13. Dec. 1871.

3. R. P. D. Aemilianus Perelli,

nat. Neapoli ——, prof. 2. Feb. 1845, obiit Neapoli 30. Maj. 1873.

4. R. P. D. Antonius Henriquez,

nat. Neapoli ——, prof. 8. Mart. 1850, obiit 16. Aug. 1873.

5. Revmus P. D Dominicus Scotti-Douglas,

nat. Placentiae ——, prof. 6. Oct. 1822, Abbas titulo S. Mariae Victoriae ab anno 1858, semel Visitator Congreg., obiit 30. Mart. 1875, anno aet. 75.

6. R. P. D. Andreas Caravita,

nat. Neapoli ——, prof. 28. Sept. 1845, obiit Neapoli — Aug. 1875.

7. **R. P. D. Placidus Abela,**
nat. Syracusis ——, prof. 13. Jan. 1835, Prior honorarius obiit 16. Jul. 1876.

8. **R. P. D. Maurus Sabattini,**
nat. Atinae ——, prof. in S. Scholasticae 15. Apr. 1831, obiit 17. Apr. 1877.

9. **R. P. D. Maurus Liberatore,**
nat. Aquilae 1811, prof. in S. Pauli de Urbe 11. Feb. 1827, Prior honorarius obiit 27. Mart. 1879.

11. ABBATIA S. NICOLAI IN ARENA,
CATANAE, ARCHIDIOECES. CATANENSIS.
Inscript. epist.: S. Niccolò dell' Arena in Catania, Sicilia.

Coenobium hoc amplissimum situm est intra moenia Catanae. Antehac coenobium fundatum erat sub titulo S. Mariae in agro Licodiensi, ab urbe Paternionis quattuor millibus dissito, duobus a terra Brancavella, dioecesi Catanensi. Quod tamen ob aeris inclementiam anno 1359 translatum fuit auctoritate Episcopi Martialis in locum S. Nicolai de Arena. Is autem a moenibus Catanae distat decem passuum millibus, et ita nuncupatur, quod arenis multis repletus undique esset e proximo Aetnaeo monte vomitis. Ex eo ergo tempore praedictum coenobium Licodiae novo coenobio accessit uti grangia; hoc vero et re et nomine ingenter excrevit, ac praesertim regulari enituit observantia. Quare et plurimum contulit ad reformationem plurium monasteriorum in Sicilia quin et in Italia, accitis inde et alio translatis monachis piis atque prudentibus. Quod videre est ex Brevibus multis Urbani PP. VIII. et Gregorii XIII. Verum incurrentibus circumquaque praedonibus, vel proximo Aetna erumpente, agros vastante. Monachi alio rursus sese transferre cogitarunt. Itaque an. 1577 decreto Congreg. Cassinensis placitoque Nicolai Caracciolo, Catanensis Episcopi ad novum construendum monasterium opportuniorem locum intra ipsa moenia Catanae designarunt. Coeptum quidem est ipso hoc anno forma quadrangula ac magnificentissima exstruere novum aedificium, nec tamen absolutum unquam fuit. Nam cum quattuor dormitoria excitanda

essent, revera unum tantum perfectum est; verumtamen hoc ipsum tantae molae et elegantiae est, ut monasterium in tota Congregatione videatur fere pulcherrimum ac vere regium, unde et excipiendo regi est aula designata. Certe autem potissimum erat sive praediorum multitudine et copia reddituum, sive bibliothecae magna celebritate sive demum thesauro sacrorum vasorum et omnigena suppellectili. Plures ex eo monasterio adlecti abbates et monachi sunt cum ad regimen totius Congregationis, tum etiam ad sedes Episcopales in tota Sicilia ac praesertim Catanae occupandas. Plures floruere multiplici eruditione et cultu scientiarum insignes, vel musices quoque arte peritissimi, quos inter principem locum facile obtinuit cl. Homodei, Abbas sub fine saeculi elapsi, isque monachus pientissimus et multorum musicorum operum auctor celeberrimus. A reliquis vero viris illustribus hujus abbatiae recensendis supersedemus, ne longiores, qua par est, simus cum facile de his omnibus partim "*Sicilia sacra*" Viti Amico, partim "*bibliotheca Cassinensis*" Armellini consuli queant. Jam maxime dolendum, quod magnificentissimum monasterium desertum penitus sit ab anno 1867 vi civilium perturbationum, uno tantum e monachis nostris uti rectore ecclesiae ibidem superstite.

MONACHI:

Illustrissimus et Reverendissimus Dominus,
D. JOSEPH BENEDICTUS DUSMET, O. S. B.,
Archiepiscopus Catanensis, (supra pag. 7.)
decreto Pii PP. IX., s. m., Abbatis munere *interim* fungitur.

1. **Revmus P. D. Henricus Corvaja,**
Abbas tit. S. Flaviae Calatanisiaden., Visitator Congregationis,
nat. Catanae —— 1793, prof. 21. Nov. 1814, sac. jubilaris, Abbas ab an. 1857, Praeses ab 1865–1878.

2. **R. P. D. Salvator Taranto,**
nat. Calategronis 21. Sept. 1805, prof. 1. Jan. 1828, sac. — Sept. 1828, jubilaris. Prior honorarius.

3. **R. P. D. Balthasar Scammacca,**
nat. Catanae ——, prof. 29. Dec. 1828, sac. ——, Prior honorarius.

4. **R. P. D. Ignatius Russo,**
nat. Catanae ——, prof. 9. Maj. 1830, sac. ——.

5. **R. P. D. Joseph Abatelli,**
nat. Catanae ——, prof. 28. Apr. 1831, sac. ——.

6. **Revmus P. D. Jacobus Maggiore,**
nat. Bideni ——, prof. 28. Mart. 1833. sac. ——, Abbas honorarius.

7. **R. P. D. Severinus Proto,**
nat. Mylis ——, prof. 28. Mart. 1833, sac. ——.

8. **R. P. D. Nicolaus Gatto,**
nat. Pactis ——, prof. 16. Sept. 1833, sac. ——.

9. **R. P. D. Franciscus Tornabene,**
nat. Catanae ——, prof. 22. Maj. 1834, sac. ——, Prior titularis S. Angeli de Fedalda.

10. **R. P. D. Remigius Chiarandà,**
Prior claustralis,
nat. Calategronis ——, prof. 19. Oct. 1834, sac. ——.

11. **R. P. D. Joannes Cafici,**
nat. Bideni ——, prof. 23. Nov. 1836, sac. ——.

12. **R. P. D. Agathinus Russo,**
nat. Catanae ——, prof. 24. Jun. 1839, sac. ——.

13. **R. P. D. Joannes Andreas Scammacca,**
nat. Catanae ——, prof. 25. Mart. 1840, sac. ——.

14. **R. P. D. Michael Ansalone,**
nat. Catanae ——, prof. 3. Oct. 1841, sac. ——.

15. **R. P. D. Viscons Cultrera,**
nat. Claromontis ——, prof. 5. Jun. 1842.

16. **R. P. D. Philippus Cultrera,**
nat. Claromontis ——, prof. 8. Sept. 1843, sac. ——.

17. **R. P. D. Ferdinandus Gioeni,**
nat. Catanae ——, prof. 20. Aug. 1845, sac. ——.

18. **R. P. D. Michael Ferrarotto,**
nat. Catanae ——, prof. 4. Jun. 1848, sac. ——.

19. **R. P. D. Paulus Proto,**
nat. Mylis ——, prof. 19. Feb. 1849, sac. ——.

20. **R. P. D. Camillus Tornabene,**
nat. Catanae ——, prof. 6. Jan. 1853, sac. ——.

21. **R. P. D. Aloysius Paternò,**
nat. Catanae ——, prof. 6. Jan. 1853, sac. ——.

22. **R. P. D. Gulielmus Paternò,**
nat. Catanae ——, prof. —— 1853, sac. ——.

23. **R. P. D. Antonius Russo,**
nat. Catanae ——, prof. 22. Mart. 1854, sac. ——.

24. **R. P. D. Dominicus Russo,**
nat. Catanae ——, prof. 22. Jul. 1854, sac. ——.

25. **R. P. D. Alexander Sergio,**
nat. Catanae ——, sol. prof. 2. Jul. 1858, sac. ——.

26. **R. P. D. Aloysius Thaddaeus della Marra,**
nat. Neapoli ——, sol. prof. 21. Mart. 1860, sac. ——.

27. **R. P. D. Emmanuel Comitini,**
nat. Catanae ——, sol. prof. 9. Jun. 1862, sac. ——.

Sub gubernio Illmi. Archiepiscopi, Abbatis munere fungentis, prope aedes archiepiscopales communiter degunt P. D. Remigius Chiarandá, *Prior*, P. D. Salvator Taranto, P. D. Paulus Proto, P. D. Aloysius Gentile, e monasterio Castriboni, P. D. Agatho Gentile e monast. Calatanisiaden., P. D. Aloysius Thaddaeus della Marra.

Necrologium a 1. die Jan. 1866.

1. **Revmus P. D. Dominicus Savuto,**
nat. Paternioni 1769, prof. 2. Feb. 1790, abbas honorarius, obiit nonagenario major 1866.

2. **R. P. D. Georgius Trigona,**
nat. Plateae —— 1794, prof. 8. Maj. 1815, obiit ——.

3. **Revmus P. D. Philippus Cultrera,**
nat. Claromontis —— 1795, prof. 1. Maj. 1816, Praeses Congreg. obiit ——.

4. **R. P. D. Severinus Grifeo,**
nat. Panormi —— 1803, prof. 27. Maj. 1824, obiit ——.

5. **R. P. D. Antonius Ligona,**
nat. Catanae —— 1805, prof. 21. Aug. 1826, obiit——.

6. **R. P. D. Eduardus de Vendictis,**
nat. Cajetae——1810, prof. in S. Scholasticae 8. Dec. 1827, obiit——.

7. **R. P. D. Marius Benedictus Regio,**
nat. in Castroleone —— 1808, prof. 31. Maj. 1829, obiit ——.

8. **R. P. D. Ludovicus Tornabene,**
nat. Catanae —— 1810, prof. 28. April. 1831, obiit ——.

9. **R. P. D. Joseph Antonius Moncada,**
nat. Catanae —— 1810, prof. 23. Oct. 1831, obiit ——.

10. **R. P. D. Maurus Gravina,**
nat. Catanae —— 1810, prof. 23. Oct. 1831, obiit ——.

11. **R. P. D. Fridericus Gentile,**
nat. Nicosiae —— 1812, prof. 6. Jan. 1833, Prior Calatanisiaden., obiit ——.

12. **R. P. D. Benedictus Cafarelli,**
nat. Bideni —— 1812, prof. 13. Feb. 1833, Prior Militelli, obiit ——.

13. **R. P. D. Joannes Abatelli,**
nat. Catanae —— 1812, prof. 13. Feb. 1833, obiit ——.

14. **Revmus P. D. Jacobus Maggiore,**
nat. Bidelli —— 1812, prof. 28. Mart. 1833, Abbas honorarius, obiit ——.

15. **R. P. D. Henricus Grifeo,**
nat. Catanae —— 1821, prof. 5. Jun. 1842, obiit Parisiis ——.

12. ABBATIA S. MARTINI DE SCALIS,

prope PANORMUM, ARCHIDIOEC. PANORMITAN.

Inscript. epist.: S. Martino della Scala, Palermo, Sicilia.

Monasterium S. Martini de Scalis urbis Panormi, in amoenissima regione juxta hanc urbem situm, erectum cum aliis quinque sub exitu saec. sexti in Sicilia fuit a S. Gregorio Magno uti fert traditio benedictina. Potis imum ac celeberrimum in tota insula exstitit, quod tamen anno 820 a Saracenis penitus eversum est. Anno 1346 Angelus Senisius Catanensis O. N., virtute clarissimus, magna ex parte reaedificavit sumptibus Salerni de Evuli, Panormitani, qui, facultatibus suis omnibus traditis, cum monachis vitam egit, donec

dierum et meritorum plenus inter eorum manus feliciter obiit. Angelus ipse Senisius ea tempestate, unde monasterii certa historia initium ducit, primus abbas fuit, qui 39 annis rexit et *Beati* nomine appellari meruit. Eum alii octo, item ad dies vitae abbates ad annum usque 1482 successive exceperunt. Quo tempore Xystus PP. IV. ad instar Congregationis S. Justinae de Padua monasteria benedictina in Sicilia in unam congregationem, Siculam nuncupatam, cooptavit.

Julius vero PP. II. ipsum hoc monasterium S. Martini devinxit Congregationi Cassinensi, anno 1506. Apostolica sede disponente plures ex hoc monasterio evocati sunt monachi, qui in insula et in Italia alia reformarent coenobia. Ita Urbanus PP. V. vocavit monachos, qui an. 1369 Cassinense monasterium reformarent; Gregorius PP. XIII. alios deputavit ad reformandum monasterium S. Pauli de Urbe an. 1374, eodemque anno alii monasterium Montis Regalis ad pristinam revocarunt disciplinam; Paulus PP. II., rogante Cardinali Theatensi, abbate commendatario, monachos S. Martini ad reformandum monasterium S. Joannis de Eremitis, Panormi, misit. Novissime vero Pius PP. IX., s. m., hoc monasterium pro provincia Sicula unicum novitiatus locum designavit.

Monasterii elegantissima forma, quam in praesentiarum videre est, Philippo de Cordova, abbati 105to, in acceptis referri debet. Qui scil. omni studio laboravit, ut vel ipsa amplitudine aedificii cetera superaret hoc monasterium. Quare non tantum dormitorium, quod coeptum erat, perfici curavit, sed etiam alia tria, quae simul in amplissimum quadrati occurrerent conspectum. Ad haec atrium eminet columnis lapideis iisque durissimis; et ut inde novus pateret aditus ad dormitoria scalae erectae sunt pervenusto opere ex gradibus 129, iisque discolori lapide, bisque duplici ordine progredientibus bisque in unum coeuntibus. Anno 1555 refectorium magnum aedificatum est in cujus fornice Petrus Novelli, pictor eximius, magnifice udo expressit colore Danielem in lacu leonum. Novum templum sub Benedicto a Florentia, abbate 36to, anno 1562, fundatum est et anno 1593 a D. Isidoro a Panormo, abbate 50mo, expletum fuit.

Plures viri illustres in hac abbatia floruere. Satis erit commemorasse: *Angelum Senisium*, supra memoratum, qui commentaria in Psalmos et S. Regulam S. P. Benedicti scripsit, necnon permagni lexici latini auctor fuit; *Thomam Mannarini* (an. 1636), qui a Ferdinando II., imperatore, Salisburgum accersitus adversus haereticos fortiter pugnavit et magnus cancellarius renunciatus ac Comes Palatinus ultimo tandem episcopus Fundi in Latio, multa manuscripta reliquit, praesertim commentaria in Summam D. Tho-

mae, in 12 prophetas minores et in Regulam S. P. Benedicti; *Salvatorem Blasium*, abbatem 113um, virum eruditissimum. Nec praetereundum, quod Fridericus III., Siciliae Rex, *Gulielmum Rustici*, monachum, hinc misit legatum ad Gregorium XI., anno 1372. Alphonsus, Siciliae rex, *Julianum Majali*, item monachum, hinc misit Tunetum ad Ottomannum de pace ineunda, qui idem a senatu Panormitano legatus apud Alphonsum regem veniam et pacem civitati Panormitanae impetravit. Sed et postremo referre est Julianum Romanis Pontificibus Eugenio IV., Nicolao IV., Callixto III. carissimum fuisse.

In summa rerum italicarum perturbatione anno 1866, ex claustro exturbati monachi fuere inque eo unus tantum manet accitis secum tribus monachis et nonnullis presbyteris saecularibus ad imbuendos bonis moribus et arte agrorum tercentos orphanos.

MONACHI:

Reverendissimus et Amplissimus Dominus,
D. ALOYSIUS CASTELLI,

Institutor et Rector Agricolae in S. Martini,

nat. Panormi 10. Maj. 1815, prof. 21. Jun. 1836, sac. — Dec. 1837, Abbas electus an. 1854, Visitator Congreg. ab an. 1874.

2. **R. P. D. Ferdinandus Denti,**
nat. Panormi —— 1801, prof. 15. Sept. 1822, sac. jubilaris.

3. **R. P. D. Cajetanus Natoli,**
nat. Panormi —— 1807, prof. 2. Feb. 1829, sac. ——.

4. **R. P. D. Eugenius Naselli,**
nat. Panormi —— 1807, prof. 25. Mart. 1829, sac. ——.

5. **R. P. D. Petrus Castelli,**
nat. Panormi —— 1812, prof. 30. Sept. 1833, sac. ——.

6. **R. P. D. Julius Benso,**
nat. Panormi —— 1824, prof. 28. Oct. 1835, sac. ——.

7. **R. P. D. Raphael Natoli,**
nat. Panormi —— 1817, prof. 24. Feb. 1838, sac. ——.

8. **R. P. D. Benedictus Giambertone,**
nat. Agrigenti —— 1817, prof. 3. Maj. 1838, sac. ——.

9. **R. P. D. Joannes Naselli,**
nat. Panormi —— 1821, prof. 21. Apr. 1844, sac. ——.

10. **R. P. D. Cajetanus Maria Salomone,**
nat. Nicotiae —— 1822, prof. 21. Apr. 1844, sac. ——.

11. **R. P. D. Placidus Palmieri,**
nat. Panormi —— 1823, prof. 22. Maj. 1845, sac. ——.

12. **R. P. D. Franciscus Arone,**
nat. Memphi —— 1824, prof. 4. Nov. 1845, sac. ——.

13. **R. P. D. Raphael Eduardus Emmanuele,**
nat. Partannae —— 1827, prof. 1. Oct. 1848, sac. ——.

14. **R. P. D. Emmanuel Emmanuele,**
nat. Partannae —— 1828, prof. 11. Nov. 1849, sac. ——.

15. **R. P. D. Casimirus de Maria,**
nat. Panormi —— 1831, prof. 12. Dec. 1852, sac. ——.

16. **R. P. D. Salvator Natarbartolo,**
nat. Panormi —— 1831, prof. 12. Dec. 1852, sac. ——.

17. **R. P. D. Gulielmus Martino,**
nat. Cephaludii —— 1832, prof. 15. Maj. 1853, sac. ——.

18. **R. P. D. Didacus Naselli,**
nat. Riberae —— 1834, prof. 4. Sept. 1855, sac. ——.

19. **R. P. D. Paulus Daniele,**
nat. Catanae ——— 1834, prof. 25. Dec. 1855, sac. ———.

20. **R. P. D. Hercules Tedeschi,**
nat. Panormi ——— 1842, simpl. prof. 26. Feb. 1861, sol. prof. 5. Apr. 1864.

21. **R. P. D. Conradus Mira,**
nat. Panormi ——— 1840, simpl. prof. 11. Nov. 1864, sol. prof. in monast. S. Pauli de Urbe 14. Apr. 1868, sac. ———.

Fratres conversi: Quatuor.

Duas *parochias*, unam in Bargetto, alteram in Cinisii, et *capellaniam* in Burgo Roccadifalco; animarum, quarum cura geritur, sunt 16,000. Pertinet ad monasterium *ecclesia et aedes S. Spiritus*, Panormi, erectae an. 1354 pro monachis senio confectis, et negotiorum gestoribus; necnon *monasterium SS. Benedicti et Aloysii*, Panormi, suffraganeum ipsius S. Martini. Bibliotheca constat voluminum 24,000. Musaeum et tabulae pictae cum bibliotheca translata sunt Panormum.

Necrologium a 1. die Jan. 1866.

1. **R. P. D. Caesar Mutio,**
nat. Panormi, prof. 12. Dec. 1852, obiit 18. Maj. 1866, an. nat. 36.

2. **R. P. D. Gabriel Tarallo,**
nat. Panormi, prof. 11. Nov. 1810, obiit 10. Dec. 1867, an. nat. 80.

3. **Revmus P. D. Salvator Branciforte,**
nat. Panormi, prof. 4. Mart. 1823, Abbas hon., ob. 18. Jan. 1872, an. nat. 70.

4. **R. P. D. Leopoldus Dragonetti,**
nat. Panormi, prof. 1. Nov. 1823, Prior, obiit 2. Maj. 1873, an. nat. 69.

5. **R. P. D. Stephanus Proto,**
nat. Mylis, prof. 2. Aug. 1846, obiit 29. Maj. 1876. an. nat. 52.

6. **R. P. D. Maurus Palmeri,**
nat. Panormi, prof. 8. Dec. 1848, obiit 7. Aug. 1877, an. nat. 55.

13. ABBATIA S. PLACIDI,

MESSANAE, ARCHIDIOECESIS MESSANENSIS.

Inscriptio epist.: S. Placido di Messina, Sicilia.

Ex historia benedictina novimus D. Placidum a Protoparente nostro, Benedicto, missum fuisse in Siciliam evangelicae praedicationis causa. Qui cum ad oram Messanae appulisset in ea urbe cum christianae religionis augendae consilium capesseret, tum quoque institutum nostrum exorsus est. Anno enim 540 prima jecit fundamenta ecclesiae et coenobii a S. Joanne Baptista nuncupati in solum, quod tunc erat in littore maris, nunc vero aucta urbe medium in ea est. At bellis ingruentibus et armorum strepitu omnia sus deque in Siciliae regno vertentibus interrupta eo in loco fuit successio monachorum et praefata ecclesia cum suis aedibus lata est equitibus hierosolymitanis. Monasterium deinceps alio loco et tempore alioque titulo excitatum est. Scilicet anno 1361 tres presbyteri messanenses et laicus quidam divinam secuti vocationem supra collem duodecim millibus ab urbe dissitum sese receperunt et institutum nostrum professi sunt. Quo in loco aedificarunt aliquot cellulas seu tuguria et ecclesiam parvam titulo S. Placidi, in quibus degentes eos tenorem vitae anachoreticae potius dixerim quam coenobiticae sub regimine unius Prioris observasse. Cum vero ob celebritatem famae multi inhiarent ipsum vitae propositum et ceteroquin ob angustiam situs difficile esset aedes construere ad recipiendas omnes, qui recipi postularunt, monachi S. Placidi pratum amoenum et amplum a Domino Vinciguerra de Aragonia acquisiere, quod 10 millia tantum ab urbe distat, eoque in loco novam ecclesiam cum dormitorio excitarunt. Qui, rogante Archiepiscopo Messanensi, impetrarunt ab Urbano PP. V. sese transferendi eo, obtento titulo juribusque abbatiae, relicto tantum grangiae nomine primaevis aedibus. Tum ergo elegerunt Abbatem, qui ab eodem Summo Pontifice confirmatus est anno 1369. Exinde abbatia haec Congregationi Siculae ac demum Cassinensi aggregata est, plurimumque excrevit et re et fama. Verum saec. XVII. ineunte monachi, audientes parari a piratis expeditionem in Siciliae oras, exterrefacti in grangiam suam se receperunt, vulgo "La Maddalena"

nuncupatam, novumque magnis sumptibus aggressi sunt construere monasterium cum ecclesia, ipso eo titulo, quo veniebat grangia. Anno 1633 coeptum est aedificium postque plures annos eleganti forma et ornatu absolutum est. Historia hujus monasterii arcte quandoque cum civili historia regni nectitur ac media praesertim elapsi saeculi tempestate. Tunc enim contigit ut extorres a Ferdinando rege, cum potiti hoc monasterio essent, impetum exinde facerent in regias copias. Sed et hinc factum est, ut monasterium ipsum obicibus tormentorum regiae classis fere vastatum fuerit. Hac praesenti aetate exturbati sunt monachi (vi italicae legis) et unus tantum eorum uti ecclesiae rector remansit.

MONACHI:

Reverendissimus et Amplissimus Dominus
D. PLACIDUS AYALA,
Abbas, Cancellarius Congregationis,
nat. Messanae ——, prof. 16. Maj. 1822, sacerdos jubilaris.

2. Revmus P. D. Benedictus Cumbo,
Abbas honorarius,
nat. Messanae ——, prof. 21. Mart. 1823, sac. ——.

3. R. P. D. Joseph Cumbo,
Prior in S. Hermetis,
nat. Messanae ——, prof. 6. Maj. 1824, sac. ——.

4. R. P. D. Remigius Bisignani,
nat. Messanae ——, prof. 1. Jan. 1826, sac. ——.

5. R. P. D. Didacus Maria Tuccari,
Prior administrator,
nat. Messanae ——, prof. 8. Sept. 1835, sac. ——.

6. R. P. D. Victorinus Bottari,
nat. Messanae ——, prof. 7. Jul. 1842, sac. ——.

7. R. P. D. Petrus Giambertone,
nat. Agrigenti ——, prof. 4. Sept. 1849, sac. ——.

Necrologium a 1. die Jan. 1866.

1. **Revmus P. D. Beda Vianisi,**

nat. Messanae ——, prof. 12. Jul. 1807, obiit Abbas honorarius, octogenario major.

2. **R. P. D. Maurus Granata,**

nat. Messanae ——, prof. 3. Apr. 1825, Prior, obiit an. aet. 65.

3. **Revmus P. D. Onuphrius Granata,**

nat. Messanae 1799, prof. 25. Jan. 1820, Abbas Ordinarius Cavensis ab 1849–1858, obiit Abbas huj. monasterii exul in monast. Cavensi 3. Apr. 1878.

14. ABBATIA METROPOLITANA S. MARIAE,

MONTIS REGALIS, IN SICILIA, ARCHIDIOECESIS MONTREGALENSIS.

Inscript. epist.: S. Maria di Monreale, Palermo, Sicilia.

Celebre hoc monasterium a Panormo distat quinque passuum millibus, colli impositum amoenissimo, et frugiferis arboribus circumplantatum, unde in fertiles planities et in mare jucundissimus patet prospectus: quod in loco, jam suburbanis deliciis Siciliae regum addicto, a Gulielmo regia munificentia aedificatum est anno 1162, seu potius superstructum est vetustissimis illius monasterii moenibus, quod, si fama fundata est, olim a S. Gregorio Magno ad finem saec. VI. erectum erat; templum musivo opere mirabile est ac fere singulare dici debet.

A monasterio Cavensi centum Gulielmus advocavit monachos, abbatiam constituit non tantum ab episcopali jurisdictione exemptam, sed et in cathedralem evectam, Alexandro PP. III. concedente. ut Abbas Episcopus simul esset. Ipse Gulielmus, qui a Lucio PP. III., anno 1182, in archiepiscopalem sedem eandem evehi impetravit, praecepit ut regula S. P. Benedicti semper in ea inviolabiliter servaretur, et quem monachi abbatem eligerent, ut ipse archiepiscopus esset, qui vitam ageret cum monachis, utpote metropolitanae ecclesiae canonicis. Quae omnia a Clemente III., Inno-

centio II.. Innocentio III., Gregorio X., Nicolao III., Eugenio IV. et Paulo III. sancita et confirmata sunt: dato insuper privilegio ut monachi canonici per totam dioecesim pontificalibus infulis uti libere possint. Anno 1362, lue Siciliam depopulante, monachisque omnibus unacum archiepiscopo peste sublatis, monasterium 14 annis penitus desertum est, donec Gregorius XI. apostolicis litteris anno 1376 datis mandavit, ut collectis ex Siciliae monasteriis O. N. viris religiosis ecclesia Montregalensis ad pristinum decus restitueretur. Abbatia sub Xysto IV. anno 1483 in Congregationem Siculam cessit et sub Julio II. in Congregationem de Unitate. Dolendum profecto, quod duplicata injustitia, hisce in reipublicae perturbationibus monachi canonici expulsi fuerint, qui tamen jure capitulari minime destituuntur.

Inter hujus monasterii viros, pietate et doctrina insignes, speciali mentione digni sunt: *Paulus Catania*, Abbas, qui historiam monasterii mss. elucubravit, sacras orationes, epigrammata aliaque stylo eleganti scripsit (1671); *Maurus Marchese*, qui novam editionem et illustrationem operum S. Brunonis Astensis edidit (1648), et multa alia eruditissime paraverat, qui tamen oculis orbatus Venetiis obiit; *Antonius a Sancia*, conversus, vitae sanctitate et miraculis clarus (1638); *Gabriel Maria di Blasi*, qui fuit archiepiscopus Messanensis (1770), cujusque memoria adhuc in benedictione est; *Gabriel Maria Gravina*, ex episcopo Catanensi Archiepiscopus Melitensis regiusque major Capellanus, de ecclesia optime meritus, qui Panormi valetudinarium pro sacerdotibus ope destitutis constituit et dotavit anno 1840; *Dominicus Benedictus Balsamo*, ex abbate monasterii Archiepiscopus Montisregalensis, qui scientia, prudentia, effusissimis eleemosynis memorabile nomen obtinuit et ptochotrophium amplissimum suis impensis fundavit anno 1844; *Joannes Baptista Tarallo*, doctrina omnigena ac virtute clarus, qui viginti fere annis Vicarii generalis munus summa cum laude obivit (1859).

MONACHI:

Reverendissimus et Amplissimus Dominus,

D. DOMINICUS BENEDICTUS GRAVINA,

Abbas,

nat. Panormi 28. Sept. 1807, prof. 16. Sept. 1827, sac. 9. Maj. 1830, Abbas ex decreto Pontificio d. 1. Apr. 1850, ex abbate S. Placidi Messanae heic designatus decreto Praesidis 13. Jul. 1873.

2. R. P. D. Joannes San Martino Ramondetta,

nat. Panormi 28. Apr. 1802, prof. 30. Jul. 1822, sac. jubilaris, ordinatus 22. Mart. 1828.

3. R. P. D. Stanislaus Emmanuele,

nat. Partannae — Mart. 1811, prof. 24. Maj. 1829, sac. 1. Jan. 1834.

4. R. P. D. Benedictus La Via,

nat. Panormi 20. Dec. 1819, prof. 16. Jan. 1831, sac. 3. Jan. 1833.

5. R. P. D. Ferdinandus Burgio,

nat. Panormi 22. Aug. 1811, prof. 16. Jan. 1831, sac. 24. Feb. 1834, *Prior titularis.*

6. R. P. D. Petrus Emmanuele,

Prior claustralis,

nat. Partannae 2. Feb. 1817, prof. 8. Maj. 1836, sac. 21. Dec. 1839.

7. R. P. D. Gregorius Damiani,

nat. Panormi 27. Feb. 1817, prof. 22. Jul. 1838, sac. 29. Dec. 1839.

8. R. P. D. Rogerius Emmanuele,

nat. Partannae 18. Jan. 1819, prof. 15. Aug. 1839, sac. 11. Aug. 1841.

9. R. P. D. Caesar Lucifero,

nat. Mylis 30. Sept. 1821, prof. 2. Maj. 1841, sac. 30. Jun. 1844.

10. R. P. D. Antonius Piaggia,

nat. Mylis 9. Oct. 1823, prof. 28. Maj. 1844, sac. 28. Nov. 1847.

11. R. P. D. Carolus Lucifero,
nat. Messanae 21. Apr. 1826, prof. 12. Oct. 1845, sac. 28. Jan. 1849.

12. R. P. D. Maurus Spadaro,
nat. Sciclis 6. Jun. 1826, prof. 19. Oct. 1845, sac. 24. Mart. 1849.

13. R. P. D. Placidus Spadaro,
nat. Sciclis 6. Jun. 1826, prof. 19. Oct. 1845, sac. 24. Mart. 1849.

14. R. P. D. Alphonsus M. Spadaro,
nat. Sciclis 16. Jun. 1825, prof. 22. Nov. 1846, sac. 20. Aug. 1848.

15. R. P. D. Stephanus Gerbino,
nat. Panormi — 1834, prof. 3. Feb. 1856, sac. 25. Mart. 1858.

16. R. P. D. Cajetanus Passanisi,
nat. Bideni 30. Jun. 1837, sol. prof. 4. Jul. 1858, sac. ———.

Monachi praeter munera canonicalia, verbi divini *praedicationi* et sacramentis ministrandis incumbebant; monialium *asceteriis*, puellarum *reclusoriis*, *ptochotrophio*, et *seminario* archiepiscopali invigilabant, necnon scientias docebant. *Bibliotheca* 10,000 voluminibus et perplurimis incunabulis dives est. Servantur ibidem codices membranacei haud pauci, praesertim *Regula S. P. Benedicti cum expositione Bernardi*, Abbatis Cassinensis, ejusdemque *Speculum Monachorum*, et *Ordo Cluniacensis*.

Necrologium inde a 1. die Jan. 1866.

1. Rel. Fr. D. Aloysius Busacca,
nat. Panormi 1846, simpl. prof. 11. Nov. 1864, obiit clericus 9. Dec. 1868.

2. R. P. D. Joseph Oneto,
nat. Panormi 5. Apr. 1834, prof. 22. Jul. 1855, sac. 25. Mart. 1858, obiit 16. April. 1872.

3. R. P. D. Emmanuel de Francisco,

nat. Panormi 20. Feb. 1795, prof. 28. Jul. 1816, sac. 13. April. 1819, obiit octogenario major 9. Nov. 1876.

15 ABBATIA S. MARIAE AB ANGELO SALUTATAE.

CASTRIBONI, DIOECESIS CEPHALUDENSIS.

Inscriptio epist.: Annunziata, Castelbuono, Sicilia.

Monasterium hoc excepit antiquam abbatiam Veteris Gangii: Gangium erat non ignobile oppidum archidioecesis Messanensis, nunc vero comprehensum in dioecesi Cephaludensi. Dominus Castro praeerat Franciscus Ventimiglia, qui cum rebellione extorris factus esset an. 1299, in odium defectionis oppidum totum eversum et dirutum est. Sola superfuit Ecclesia, B. Mariae ab Angelo salutatae dicata, duo fere millia distans a Gangio novo. Tunc ergo temporis Joannis *Parrinello* et Paulus *Giardino* sacerdotes, Thomas *Persino*, Pinus *Riggio*, Thomas *Lombardus* et Rogerius *Gallozzo* clerici, de religioso instituto capessendo cogitarunt; collatisque insimul consiliis concorditer sub regula Ssmi. Patriarchae Benedicti militare decreverunt. Conditis itaque parvis cellis in angusto coenobio rigidam poenitentiam susceperunt: eorumque fama sanctitatis percrebrescente brevi tam numero quam substantia aucti sunt, ut Dionysius, archiepiscopus Messanensis, ecclesiam ipsis dono concesserit, eosque valde commendaverit (1363–1364). Parrinello primus Prior electus, Joannis nomine demisso, Benedictus vocari voluit, 21. Jan. 1366. Qui oratorium D. Petri in Gangio novo construxit, ac monasticis virtutibus praeluxit christianae plebi universae.

Callistus PP. III. amplissimo privilegio an. 1455 monasterium ab episcopali jurisdictione exemit; quod Siculae Congregationi anno 1484 adhaesit. Sed loci solitudine perterriti monachi in oppidum Castriboni commigrarunt, necessitate compulsi, ne praedònum incursionibus perpetuo objicerentur. Tam huic translationi, quam novi monasterii aedificationi marchio Hieracii stipem praebuit et adjutorium, praedium censumque auxit. Ecclesia in Castrobono elegantissima est forma, sed vetus Gangianum monasterium multo amplius multoque venustate ac stylo erat insignius. Abbas hujus monasterii antiquitus in parlamento regni erat senator natus cum jurisdictione meri et mixti imperii. Hujus monasterii bibliotheca 2,000 constabat voluminibus ac 500 Mss.

MONACHI:

1. R. P. D. Aloysius Gentile,

nat. Nicosiae 23. Jan. 1823, prof. in monast. S. Martini 10. Feb. 1844, sac. ——.

2. R. P. D. Rogerius Tornabene,

nat. Catanae —— 1824, prof. in monast. Montis regalis —— 1848, sac. ——.

Necrologium a 1. die Jan. 1866.

1. R. P. Benedictus Astuti,

nat. Militelli — 1810, prof. 3. Jul. 1831, obiit —— 1870.

2. R. P. D. Alexander Ortolani,

nat. Cephaludii —, prof. 21. Mart. 1839, obiit —— 1872.

16. ABBATIA S. ROCHI,

PLATEAE, DIOECESIS PLATIENSIS.

Inscript. epist.: S. Rocco, Piazza, Sicilia.

Antiquitus monasterium hoc sub titulo S. Mariae de Fondrone notum erat; at non ita pridem S. Rocho dedicata est ecclesia. Plura scripsit de hac abbatia Vitus Maria Amico in sua "Sicilia sacra" lib. 4; Catanae, typis Bisagni, 1733. Recentiore tempore abbatiam illustravit Petrus de Agostino, qui fuit in alma Urbe SS. RR. Consultor et postea episcopus Agrigenti, qua urbe sanctissimam mortem oppetiit 18. Jul. 1835.

MONACHI:

1. R. P. D. Marius Benedictus de Michele,

Prior titularis,

nat. Burgii — 1811, prof. 25. Dec. 1832, sac. ——.

2. R. P. D. Augustinus Joseph Landolina,
nat. Calateironis 17. Feb. 1816, prof. 26. Mart. 1837, sac. 4. Oct. 1838.

Necrologium a die 1. Jan. 1866.

Revmus P. D. Petrus Cajetanus Brigandi,
nat. Messanae, prof. 15. Jul. 1832, postremus Abbas S. Rochi, Plateae; e vita excessit Plateae Armerinae 20. Dec. 1878, anno aet. 67.

---

17. ABBATIA S. MARIAE,

FARFAE, ANTEA NULLIUS, NUNC DIOEC. SABINENSIS.

Inscript. epist.: S. Maria di Farfa, Passo di Corese, Roma.

Monasterium S. Mariae Farfensis erectum fuit anno Domini 430 a S. Laurentio Syrio. Anno 565 destructum est a Longobardis, sed elapsis integris centum annis et ultra, anno scil. 672, restauratum est a S. Thoma Maurigeno, monacho Benedictino de Monte Cassino. Abbates claustrales numerantur 68 usque ad annum 1400, quo a Bonifacio PP. IX. commendatum est Francisco Carboni, alias Tomacelli, cui Bonifacius patrinus erat. Anno 1567 unitum fuit hoc monasterium Cassinensi Congregationi a S. Pio PP. V. Fuit aliquando primum in Italia coenobium, spectatis nimirum juribus, possessionibus, celebritate archivi et bibliothecae cujus modo pretiosiores codices, quibus eminuit, servantur partim in bibliotheca Vaticana, partim in Neo-Regia, Romae.

Prae ceteris autem mentione dignum est, quod ab remotissimis annis hic maxima habeatur veneratione imago B. Mariae V., quae ex iis fertur esse, quae S. Evangelistam Lucam auctorem habuerunt. Medio aevo undique ad hoc peregrinantes confluxerunt sanctuarium, donisque splendidis honorarunt; praecipue a Faroaldo, Duce Spoletano, sic est honoratum, sed etiam a Romanis Pontificibus necnon ab Imperatoribus fidelibusque plurimis. At postea Commendatariorum culpa ac rerum omnium publicarum perturbatorum distracta sunt vix non omnia. Vix jam tenuis umbra antiqui splendoris ad nostros dies pervenit. Manet quidem ecclesia anno 1494 erecta, columnis praesertim e durissimo lapide insignis,

parsque monasterii. Partem monasterii reliquam Protestantes Angli quidam pecunia acquisiverunt ab Italico gubernio, quod hic, ut alibi, Caesari dedit, quod non erat Caesaris. Revmus D. Abbas, qui modo praeest, omnem tamen adhibet conatum ad recuperanda, quae in aliena manu sunt, atque ex parte jam fundos redemit. Denique impedimentis a gubernio positis in acceptis referendum est, quod vix supersint monachi, qui hoc monasterium incolent.

MONACHI:

Reverendissimus et Amplissimus Dominus
D. ANGELUS PESCETELLI

in Curia Pro-Procurator Congreg. Cass., Procurator Congregationum: Americ. — Cass., Helveticae, Hungaricae,

nat. Mandelae, 27. Martii 1809, prof. in monast. S. Scholasticae 15. Aug. 1825, sac. — Dec. 1831; deinde professor Ss. Canonum in Academia Mutinensi, Abbas S. Petri Mutinae 1846 — 1850, Procurator generalis Congregationis 1852 — 1858, Abbas Ordinarius S. Pauli de Urbe 1858 — 1867.

R. P. D. Laurentius Ruggiero,

nat. Salerni ——, prof. 29. Martii 1842, sac. ——.

Fratres Conversi: Tres.

18. ABBATIA S. FLAVIAE,

CALTANIXETAE, DIOEC. CALATANISIADENSIS.

Inscript. epist.: S. Flavia, Caltanissetta, Sicilia.

Maria de Aragonia, Principissa Paternionis et Ducissa Montisalti, cum sibi spiritualem patrem legisset P. D. Cyprianum, pium et doctum Cassinensem, ut ei aliquo modo gratam se praeberet, monasterium hoc fundavit 21. Oct. 1592. Bonae voluntati illustris matronae acquievit Congregatio Cassinensis, decreto Praesidis dato 3. Jan. 1593. Clemens vero VIII. canonice erexit abbatiam Brevi dato 11. Sept. 1594. Prope locum, in quo exstructum monasterium est, perantiqua ecclesia erat S. Veneriae dicata, quam episcopus Agrigentinus, in cujus tunc ditione sita erat, monachis donavit

una cum praediis et juribus. Ideo in elegantissima ecclesia S. Flaviae altare a monachis erigitur in honorem S. Veneriae. Abbas hujus monasterii erat senator natus in parlamento regni.

MONACHI:

1. R. P. D. Stephanus Bevacqua,

nat. Mylis ——, prof. in S. Martini 22. Jul. 1855, sac. ——.

2. R. P. D. Agatho Gentile,

nat. Nicosiae 18. Maj. 1825, prof. in S. Joannis Parmae —— 1856, sac. ——.

Frater conversus. Unus

E bibliotheca erepta sunt circ. 2,000 volumina, necnon Archivum magni momenti.

19. ABBATIA S. P. BENEDICTI,

MILITELLI, ARCHIDIOEC. SYRACUSANAE.

Inscriptio epist.: S. Benedetto di Militello, Sicilia.

Monasterium hoc situm est juxta terram Militelli in valle Noti, dioec. Syracusanae. Anno 1614 fundatum est "sub titulo S. Benedicti", venia impetrata a Paulo V. ab Excellentissimis Dominis, Principe Francisco Branciaforte et Joanna Ducissa Austriae. Est inter monasteria nostra Siciliae, licet satis eleganti ac conspicua forma, mole tamen minimum. Recentiori aetate ad conditionem simplicis Prioratus redactum esse videtur.

MONACHI:

1. Adm. R. P. D. Franciscus Battiati,

Prior Administrator,

nat. Paternionis — 1805, prof. in S. Pauli de Urbe 11. Feb. 1827, sac. ——.

2. **R. P. D. Remigius Conversano,**
nat. Catanae ——, prof. 10. Oct. 1834, sac. ——.

3. **R. P. D. Philippus Cafarelli,**
nat. Bideni ——, prof. 1. Jan. 1835, sac. ——.

4. **R. P. D. Franciscus Reforgiato,**
nat. Militelli ——, prof. 29. Maj. 1837, sac.——.

5. **R. P. D. Fridericus Tantillo,**
nat. Motucae ——, prof. 21. Mart. 1840, sac. ——.

Necrologium inde a 1. Jan. 1866.

Revmus P. D. Josephus Bertone,
nat. Bideni ——, prof. 21. Mart 1801, postremus huj. mon. Abbas, obiit ——.

20. ABBATIA S. PETRI,

ASSISII, DIOECESIS ASSISIENSIS.

Inscript. epist.: S. Pietro d'Assisi in Italia.

Antiquissima ecclesia S. Petri ad portam civitatis Assisiensis prima ibi parochia fuit, et adhuc animarum fere 2.000 curae est. Monasterium nunquam erectum canonice fuit, unde professos adsiscere non potuit, licet Abbatiae titulum semper habuerit. Quod tamen in tanta rerum perturbatione praedia sua adhuc possidet, tum ratione parochialis muneris est, tum necessitate coloniae agricolae ibi institutae cum alumnis fere 100. Abbas et alter monachus parochiae curae et praefatae coloniae directioni adlaborant. Hi scil. sunt Revmus P. D. Ludovicus Ancaiani, Abbas, (*pag.* 79. *n.* 5.) et R. P. D. Placidus de Batines, Parochus, (*pag.* 92, *n.* 5.).

ENUMERATIO,

totam spectans Congregationem.

Archiepiscopi	3.
Episcopi	5.
Magnus Prior, Baruli	1.
Monachi	162.
Quorum sunt Abbates regiminis	13.
" " " titulares	12.
Sacerdotes jubilares	5.
Novitii et Postulantes	8.
Conversi	38.
Obierunt inde ab 1866	68.

Monasteria	20.
Ecclesiae, quarum jus patronatus habent circiter	236.
Animae hisce ecclesiis addictae circiter	125,000.
Seminaria dioecesana	3.
Eorum Alumni	125.
Collegia (gymnasia)	2.
Eorum alumni circiter	100.

CONGREGATIO

HELVETO-BENEDICTINA,

SUB PATROCINIO

B. V. MARIAE IMMACULATE CONCEPTAE,

FORMATA A. D. 1602.

CONGREGATIO HELVETO-BENEDICTINA.

Formata est alma haec Congregatio studio ac opere Augustini I., abbatis illustrissimi, A. D. 1602. Monasteria, quibus hodie constat Congregatio, sunt haec:

1. Abbatia B. V. Mariae, Einsidlae, Helv.,
2. " B. V. Mariae de monte Angelorum (Engelberg), Helv.,
3. " S. Martini ad Muros (Muri), Helv., quacum jungitur Prioratus Griesensis, Tyroli,
4. " B. V. Mariae in Petra (Mariastein), Helv., nunc in Delle in Gallia,
5. " B. V. Mariae, Matris misericordiae ad S. Martinum, apud Desertinam, Helv.,
6. " B. V. Mariae, Rhenaugiense (Rheinau), Helv.

Ex hac congregatione prodierunt duo monasteria, et quidem ex Abbatia Einsidlensi prodiit abbatia S. Meinradi in Provincia Indiana, Americae Sept., et ex abbatia Anglomontano prodiit Prioratus B. V. Mariae de Immaculata Conceptione in Provincia Missouri, item Americ. Sept. Cum jam anno 1870, auctore Pio PP. IX., s. m., efformata sit Congregatio independens Helveto-Americana, atque haec ipsa monasteria hujus novae Congregationis sint praecipua, alio loco eorundem invenietur descriptio.

PRAESES

totius almae Congregationis:

Illustrissimus et Reverendissimus Dominus,

D. BASILIUS OBERHOLZER,

Abbas Einsidlensis, inde a 10. Maji 1875.



MONASTERIUM S. MARIAE, Einsidlae.

1. ABBATIA B. V. MARIAE,

EINSIDLAE, NULLIUS DIOECESIS.

Inscript. epist.: Hochw. Benedictiner-Stift, Einsiedeln, Schweiz.

Monasterium B. V. Mariae Eremitarum, Einsiedeln germanice dictum, originem trahit e beato Christi Martyre Meginrado. Is in Allemaniae pago Sulichgeve nobili genere ortus in Augia Divite, Hattone et Erlebaldo magistris, vitam monasticam aliquandiu egit; deinde in quadam cella ad Turricinum lacum sita litterarum scholae praefuit, donec solitariae vitae desiderio incensus in propinquam solitudinem decederet. Habitavit primum in Ezelio monte; verum cum multitudinem hominum consilia atque monita expetentium aegrius ferret, septem annis post, ut liberius Deo serviret, in intima sylva se abdidit. Ibi occiditur a duobus latronibus 12. cal. Feb. anni 861.

Vacavit quidem Meginradi cella post ejus obitum annis fere quatuor et quadraginta habitatoribus, non vero vicinorum, Divi cubiculum quodque construxerat Deiparae sacellum saepius invisentium, peregrinorum frequentia. Precantibus mirum coelitus praesidium adfuit, ut, fama exinde ad longinquiores terras pervadente, Benno, Argentinensis ecclesiae canonicus, et non multo post Eberhardus, Praepositus ejusdem ecclesiae, anachoretarum vitam acturi illuc peterent. Multiplicatis discipulis Eberhardus sacellum B. Virginis a Meginrado conditum majori basilica in honorem S. Mauritii inclusit, coenobium adjunxit, ex eremitarum cellis demum monasterium fecit. Nec sine miraculo res accidit. Nam cum S. Conradus, Constantiensis tunc temporis episcopus, sacellum B. Virginis consecraturus abesset specie coelitus sibi objecta ipsum Chritum locum dedicantem vidit atque perspexit (A. D. 948). Quod prodigium templi religionem adeo auxit, ut perennis per saecula ad nostram usque aetatem ad sacram eremum fidelium ex omnibus fere Europae regionibus concursus fiant. Eberhardum brevi temporis spatio interjecto, duo Thietlandus fratrum regimen tenebat excepit *Gregorius* abbas (960–996), "vir sanctissimus et cunctis virtutibus pollens" in veteribus annalibus appellatus. Et quidem tanta ejus fuit magisterii fama atque Eremi, ut etiam accitus sit sanctus Wolfgangus, qui Ratisbonensem ecclesiam postea rexit (972). Eandem existimationem per aliquot saecula durasse argumentum est, quod monachi alii episcopi crearentur, alii ad nova condenda monasteria vocarentur. Ita Constantiensem sedem Warmannus (1026) et Ru-

moldus (1051), Cumensem Eberhardus, Curiensem Hartmannus (1026) et Udalricus (1234) illustrarunt, qui omnes Eremi fuerunt alumni; ex eadem familia Petri-Domus in suburbio Constantiae, a S. Gebhardo constructa (992), tres suos primos abbates, Murense recens monasterium duos priores Praepositos, Hirsaugiense coenobium primum rectorem Fridericum (1065) accepit. Mitto alios alio postulatos abbates. Interioris laudi disciplinae exterarum rerum splendor par fuit. Nam non Helvetiae dynastae solum Meginradi cellam amplissimis donis certatim ornabant verum et supremi imperii atque ecclesiae rectores eximio eam favore prosequebantur: illi terrarum largitiones et principalem dignitatem, hi cum alia privilegia tum exemptionem ab episcopali jurisdictione conferebant. Nec tamen adversos casus Eremus effugit: bellicos tumultus, hostium incursus, flammarum vim, aedificiis pluries incendio absumptis. Majorem calamitatem accepit monasterium languescente ab ineunte saeculo XV. disciplinae religiosae studio. Perniciosus tum invaluit mos nonnisi nobiles juvenes in patrum concilio admittendi, qui non vocati a Deo sed a parentibus coacti coenobium velut otiosae vitae certum refugium peterent; itaque vita communis contemni, res fastu absumi coepta est; negligebant pristinam regulae severitatem equis venationibusque plus aequo indulgebant. Inde factum, ut quo tempore haeresis Zwingliana per finitimas provincias grassaretur, sacra eremus exitio proxima sive adeo jam prostrata esse videretur. Mortuo abbate Conrado III., (1526), monachus, qui unus superstes fuit, transfuga sacrilegus in haereticorum castra abscessit, coenobium vacuum relinquens.

Restitutor exstitit Ludovicus II. ex gremio monachorum San—Gallensium adscitus. Is, adnitente utique Deipara ac Deo juvante monasterium velut exstinctum in cineribus excitavit. Quatuor bonae spei adolescentulos assumpsit, quorum binos in Suevia regulari disciplina informandos misit, duos reliquos apud se retinens maxima diligentia bonis literis et moribus erudivit, privilegia quoque ac jura ab imperatoribus et S. Pontificibus olim concessa confirmari curavit. Successorem sortitus est Joachim abbatem, virum rerum gerendarum prudentia insignem, quem pro magna qua apud omnes erat auctoritate totius Helvetiae ecclesiasticus ordo suo nomine mitteret ad Tridentinum concilium (1556). Augustinus I. (1600—1629) auctor fuit Congregationis Helveto—Benedictinae, Placidus (ob. 1670) ejusdem saluberrimi instituti praecipuus fautor atque patronus. His gubernantibus viris illustrissimis numero discipulorum aucto, multiplicatis facultatibus cum rigor disciplinae invales-

ceret, literarum studia instaurarentur verbo et scriptis propugnaretur religio, impugnaretur haeresis, Eremus ad pristinum splendorem evecta mirifice effloruit. Secutus est Augustinus II. (ob. 1692), professo quondam in Juvaviensi literarum Universitate, vir apprime doctus, qui egregio suo opere scholastico et Concilii Tridentini, quam ex Pontificis jussu susceperat, defensione principem locum inter ejus aetatis theologos obtinet. Maurus abbas (1698—1714) labentem vetustate basilicam ac monachorum habitationes magnificentiorem in modum construere aggressus est, quod opus, qui successerunt Thomas (ob. 1734) et Nicolaus (ob.1773) prosecuti sunt.

Luctuosissimum saeculum XVIII. exitum habuit ob bellum ortum inter Gallos Helvetiosque. Eremus quoque maxima clade afflicta est. Nam postquam hostes in Alpium valles irruperant, monachis fuga salutem petere coactis et in exteris regionibus dispersis milites monasterium despoliaverunt, sacellum B. Virginis destruxerunt, ruinis omnia impleverunt. Verum breviavit Deus desolationis dies; paucis annis post abbas Beatus cum fratribus ex aliena terra redux, etsi unacum principali dignitate amiserat terrenum dominatum, non solum extera damna sarcivit, sed munera etiam monastica ad christiani populi salutem novo ardore denuo prosecutus est.

Ceterum externa bella intestinae civium discordiae sunt consecutae; inde novae tempestates monasterio imminebant, ex quibus tamen Henricus abbas IV. commissam sibi familiam prudentia et animi fortitudine servavit. Idem, quo plures pueri optimis moribus et litteris imbuerentur, litterarum ludum in monasterio institutum maxime auxit et ut exterae nationes beneficia sua experirentur, missis in Americae septentrionalem partem fratribus Prioratum ibidem condidit, quod jam in nobile monasterium excrevit. Obiit, postquam Vaticano concilio interfuit, mense Decembri 1874; in locum ejus laeta fratrum conspiratione suffectus est abbas Basilius I. feliciter regnans.

MONACHI:

Ex hoc monasterio prodiit:

Illustrissimus ac Reverendissimus Dominus,

D. MARTINUS MARTY,

Abbas S. Meinradi, Americ. Sept.

Illustrissimus et Reverendissimus Dominus, D. Basilius I. Oberholzer,

Abbas,

Sangallensis ex Uznach, nat. 28. Dec. 1821, prof. 24. Sept. 1843, sac. 19. Sept. 1846, Abbas electus 13. Jan. 1875, benedictus 9. Maji 1875, Praeses Congregationis 10. Maji 1875.

2. Pl. R. P. Ildephonsus Huerlimann,

Decanus,

Tugiensis ex Walchwyl, nat. 22. Feb. 1826, prof. 1. Maj. 1845, sac. 8. Jul. 1849, decanus 17. Aug. 1867.

3. Adm. R. P. Joannes Ev. Ritter,

Subprior,

Sangallensis ex Lichtensteig, nat. 10. Mart. 1819, prof. 11. Maj. 1851, sac. 14. Aug. 1853.

4. R. P. Pius Regli,

Uraniensis ex Ursern, Senior *jubilatus*, nat. 28. Jun. 1792, prof. 11. Oct. 1812, sac. 9. Mart. 1816.

5. R. P. Conradus Maria Effinger,

Suitensis ex Einsiedeln, *jubilatus*, nat. 29. Oct. 1800, prof. ad S. Urbanum, Ord. Cistert., 21. Nov. 1819, sac. 18. Sept. 1824, prof. Einsidlae 19. Jan. 1861.

6. R. P. Sigismundus Keller,

Sangallensis ex Gossau, *jubilatus*, nat. 25. Jan. 1803, prof. 14. Maj. 1820, sac. 20. Maji 1826.

7. R. P. Athanasius Tschopp,

Lucernensis ex Knutwyl, *jubilatus*, nat. 10. April. 1803, prof. 22. Oct. 1820, sac. 20. Maj. 1826.

8. R. P. Claudius Perrot,

Alsata ex Neubreisach, *jubilatus*, nat. 14. Maj. 1803. prof. 27. Oct. 1822, sac. 16. Sept. 1827.

9. R. P. Bonifacius Graf,

Lucernensis ex Schoetz, *jubilatus*, nat. 11. Jan. 1803, prof. 27. Oct. 1822, sac. 16. Sept. 1827.

10. R. P. Ambrosius Roeslin,

Badensis ex Seckingen, *jubilatus*, nat. 27. Nov. 1803, prof. 5. Sept. 1824, sac. 14. Jun. 1829.

11. R. P. Petrus Bloch,

Solodoranus ex Oberbuchsiten, nat. 18. Juli. 1807, prof. 10. Maj. 1829, sac. 13. April. 1834.

12. R. P. Joachim Bachmann,

Tugiensis ex Menzingen, nat. 27. Oct. 1810, prof. 26. Sept. 1830, sac. 2. Jul. 1835.

13. R. P. Morianus Kaelin,

Suitensis ex Einsiedeln, nat. 2. Aug. 1810, prof. 29. Sept. 1832, sac. 12. Aug. 1837.

14. R. P. Conradus Stoecklin,

Solodoranus ex Hofstetten, nat. 1. April. 1813, prof. 29. Sept. 1832, sac. 29. Jun. 1836.

15. R. P. Maurus Benedictus Tschudi,

Argojus ex Zeiningen, nat. 14. Maj. 1813, prof. Fischingae 26. Oct. 1834, sac. 10. Sept. 1837, prof. Einsidlae 11. Jul. 1862.

16. R. P. Anselmus Schubiger,

Sangallensis ex Uznach, nat. 5. Mart. 1815, prof. 8. Sept. 1835, sac. 30. Mart. 1839.

17. R. P. Justus Landolt,

Glaronensis ex Naefels, nat. 9. April. 1815, prof. 3. Sept. 1837, sac. 15. Sept. 1839.

18. R. P. Aegidius Liner,

Sangallensis ex St. Georgen, nat. 27. Dec. 1816, prof. 26. April. 1840, sac. 21. Sept. 1845.

19. R. P. Georgius Ulber,

Novitiorum Magister,

Rhaetus ex Lenz, nat. 26. Jul. 1818, prof. 16. Aug. 1840, sac. 21. Sept. 1845, Nov. Mag. a 16. April. 1876.

20. R. P. Joseph Maria Reifle,

Sangallensis ex Rapperswyl, nat. 17. Oct. 1823, prof. 29. Jun. 1842, sac. 18. Oct. 1846.

21. R. P. Michael Haesele,

Argojus ex Rheinfelden, nat. 25. Aug. 1819, prof. 4. Sept. 1842, sac. 21. Sept. 1844.

22. R. P. Petrus Damiani Inglin,

Suitensis ex Rothenthurm, nat. 21. Dec. 1821, prof. 24. Sept. 1842, sac. 19. Sept. 1846.

23. R. P. Aloysius Ibele,

Vorarlbergensis ex Feldkirch, nat. 7. April. 1825, prof. 1. Maj. 1845, sac. 17. Sept. 1848.

24. R. P. Philippus Jacobus Bucher,

a Dietikon Helvetiae, nat. 12. Jul. 1835, prof. in mon. Einsidlensi 14. Oct. 1855, sac. 11. Sept. 1859, elect. abbas 3. Feb. 1880.

2. Adm. R. P. D. Benedictus Brunet,

Subprior et Magister Novitiorum,

a Saint-Denis Galliae, nat. 1. Apr. 1838, simpl. prof. 8. Dec. 1862, sol. prof. 21. Jan. 1871, sac. 26. Jan. 1863.

3. Pl. R. P. D. Wolfgangus Schlumpf,

a Steinhausen Helvetiae, nat. 21. Jan. 1831, prof. in mon. Einsidlensi 25. Sept. 1853, sac. 13. Sept. 1857, Prior in S. Benedicti, Logan Co., Arkansas.

4. R. P. Romanus Weinzoepfel,

ab Ungersheim Alsatiae, nat. 13. April. 1813, simpl. prof. 8. Dec. 1874, sac. 5. April. 1840.

5. R. P. Joannes Chrys. Foffa,

a Muenster Rhaetiae, nat. 9. Maji 1830, prof. in mon. Einsidlensi 11. Maji 1851, sac. 3. Sept. 1854.

6. R. P. Eberhardus Stadler,

a Welfensberg Helvetiae, nat. 1. Feb. 1830, prof. in mon. Einsidlensi 25. Sept. 1853, sac. 28. Mart. 1857.

7. R. P. Isidorus Hobi.

a Berschis Helvetiae, nat. 22. Jan. 1830, prof. in mon. Einsidlensi 20. Maji 1855, sac. 14. Sept. 1856. Rector seminarii theologorum.

8. R. P. Meinradus M. McCarthy.

a Monmouthshire Hiberniae, nat. 9. Feb. 1839, simpl. prof. 8. Dec. 1862, sol. prof. 21. Jan. 1871, sac. 26. Jan. 1869.

9. R. P. Henricus Hug.

ab Umkirch Badenae, nat. 15. Sept. 1833, simpl. prof. 8. Dec. 1862, sol. prof. 21. Jan. 1871, sac. 26. Jan. 1863.

10. R. P. Fidelis Maute.

ab Inneringen in Hohenzollern, nat. 18. Mart. 1837, simpl. prof. 8. Sept. 1863, sol. prof. 21. Jan. 1871, sac. 2. Jan. 1864.

11. R. P. Alphonsus Leute.

a Dangstaetten Badenae, nat. 10. Oct. 1836, simpl. prof. 8. Dec. 1874, sac. 1. Aug. 1864.

12. R. P. Placidus Zarn.

ab Ems Rhaetiae, nat. 2. Mart. 1846, simpl. prof. 16. Jul. 1864, sol. prof. 21. Jan. 1871, sac. 22. Sept. 1868.

13. R. P. Maurus Helfrich.

a Reussendorf Bavariae, nat. 6. Jul. 1847, simpl. prof. 16. Jul. 1864, sol. prof. 21. Jan. 1871, sac. 26. Jan. 1871.

14. R. P. Benno Gerber.

a Ferdinand Indianae, nat. 2. Nov. 1845, simpl. prof. 16. Julii 1864, sol. prof. 21. Jan. 1871, sac. 22. Sept. 1868.

15. R. P. Hieronymus Hund.

a Buehl Badenae, nat. 5. Dec. 1849, simpl. prof. 8. Dec. 1870, sol. prof. 21. Jan. 1874, sac. 21. Sept. 1872.

16. R. P. Beda Maler.

a Lindau Bavariae, nat. 16. Oct. 1848, simpl. prof. 24. Oct. 1869, sol. prof. 21. Mart. 1873, sac. 21. Oct. 1871.

17. **R. P. Pius Boehm,**
a Fulda Indianae, nat. 12. Feb. 1852, simpl. prof. 29. Jun. 1871, sol. prof. 25. Mart. 1875, sac. 28. Maj. 1877.

18. **R. P. Mauritius Wagner.**
a Ferdinand Indianae, nat. 16. Maj. 1853, simpl. prof. 29. Jun. 1871, sol. prof. 25. Mart. 1875, sac. 28. Maj. 1877.

19. **R. P. Bonifacius Luebbermann,**
a Cincinnati, Ohio, nat. 8. Nov. 1852, simpl. prof. 29. Jun. 1871, sol. prof. 25. Mart. 1877, sac. 28. Maj. 1877.

20. **R. P. Claudius Ebner,**
ab Arlesheim Alsatiae, nat. 31. Dec. 1849, simpl. prof. 29. Jun. 1871, sol. prof. 25. Mart. 1877, sac. 28. Maj. 1877.

21. **R. P. Conradus Ackermann,**
ab Emmen Helvetiae, nat. 30. Sept. 1845, simpl. prof. 21. Dec. 1871, sol. prof. 13. Apr. 1876, sac. 21. Sept. 1878.

22. **R. P. Ildephonsus Zarn,**
a Spluegen Helvetiae, nat. 6. Mart. 1848, simpl. prof. 6. Jan. 1873, sol. prof. 13. Apr. 1876, sac. 28. Maj. 1877.

23. **R. P. Josephus Villinger,**
a Gipf Helvetiae, nat. 10. Jun. 1847, simpl. prof. 6. Jan. 1872, sol. prof. 13. Apr. 1876, sac. 15. Jun. 1879.

24. **R. P. Augustinus Falley,**
a Lafayette Indianae, nat. 21. Sept. 1852, simpl. prof. 26. Oct. 1873, sol. prof. 29. Mart. 1876, sac. 22. Sept. 1878.

25. **R. P. Stephanus Stenger,**
a St. Leon Indianae, nat. 20. Jun. 1854, simpl. prof. 24. Sept. 1872, sol. prof. 13. Apr. 1876, sac. 8. Feb. 1880.

26. **R. P. Silvanus Buschor,**
ab Oberreitnau Bavariae, nat. 2. Maj. 1854, simpl. prof. 24. Dec. 1874, sol. prof. 25. Dec. 1877, sac. 6. Oct. 1878.

27. R. P. Felix Rumpf,

ab Ottersweier Badenae, nat. 16. Mart. 1856, simpl. prof. 24. Dec. 1874, sol. prof. 25. Dec. 1877, sac. 8. Feb. 1880.

28. R. P. Alexander Burkard,

ab Ebringen Badenae, nat. 10. Sept. 1850, simpl. prof. 24. Dec. 1874, sol. prof. 25. Dec. 1877, sac. 8. Feb. 1880.

29. R. P. Cyrinus Thomas,

a Marion Indianae, nat. 1. Jan. 1853, simpl. prof. 25. Jul. 1875, sol. prof. 28. Jul. 1878, diaconus 22. Sept. 1878.

CLERICI:

1. R. Fr. Nazarius Werner,

a Durbach Badenae, nat. 17. Oct. 1858, simpl. prof. 25. Jul. 1875, sol. prof. 28. Jul. 1878, acolythus 20. Sept. 1876.

2. R. Fr. Laurentius Huth,

a Cincinnati, Ohio, nat. 29. Sept. 1860, simpl. prof. 21. Sept. 1877, acolythus 21. Sept. 1878.

3. R. Fr. Basilius Heusler,

a Wahlen Helv., nat. 25. Dec. 1860, simpl. prof. 24. Dec. 1878.

4. R. Fr. Lucas Gruve,

a Liesborn Westphaliae, nat. 16. Feb. 1849, simpl. prof. 11. Julii 1879.

5. R. Fr. Marcus Turner,

a New-York, nat. 9. Feb. 1861, simpl. prof. 11. Julii 1879.

6. R. Fr. Simon Barber,

a Louisville, Ky., nat. 14. Feb. 1862, simpl. prof. 8. Sept. 1879.

NOVITII:

1. Fr. Eugenius McFadden,

ab Ellenville, New-York, nat. 15. April. 1852, indut. 2. Jul. 1879.

2. **Fr. Julius Suiste,**
a Paris, Galliae metropoli, nat. 12. Sept. 1830, indut. 2. Jul. 1879.

Fratres Conversi professi et novitii: Vigintinovem.

In *bibliotheca* habentur voluminum 7,000.

Monachi asceterio annexum procurant *seminarium theologorum*, quod nunc 32 numerat alumnos; praeterea *puerorum collegium*, quod frequentant discipuli 50, quorum vix non omnes classicis studiis operam navant.

Pendet a monasterio S. Meinradi

PRIORATUS S. P. BENEDICTI,

in comitatu Logan, provincia Arkansas erectus A. D. 1878. Prioris munere fungitur Pl. R. P. Wolfgangus Schlumpf (*supra n.* 3). Commorantur hic etiam R. P. Bonifacius Luebbermann (*supra n.* 19) ac Fratres conversi tres.

Ecclesiae, quarum curam gerunt

monachi S. Meinradi sunt, quae sequuntur:

1. *S. Meinradi* in Spencer County, Ind., condita 28. Jan. 1861, cum sacerdote 1, animabus 400. Scholae elementari praesunt Ven. Sorores, O. S. B. de Ferdinand.
2. *S. Bonifacii* in Fulda, Spencer Co., Ind., suscepta 1853, cum sacerdote 1, animabus c. 800.
3. *B. M. V. Auxiliatricis* (Maria Hilf) in Spencer Co., Ind., condita 1857, cum sacerdote 1, animabus c. 600.
4. *S. Joseph* in Jasper, Dubois Co., Ind., suscepta 1858, cum sacerdote 1, animabus c. 2,500. Pulcherrima ecclesia erigitur ac post breve perficietur.
5. *S. Ferdinandi, Conf.* in Ferdinand, Dubois Co., Ind., suscepta 1853, cum sacerdotibus 2, animabus c. 3,000.
6. *S. Antonii de Padua* in Flatcreek et
7. *SSmi. Cordis Jesu*, in Schnellville, Dubois Co., Ind., susceptae 1870, cum sacerdote 1, animabus c. 600.
8. S. *Henrici*, Henryville, Dubois Co., Ind., suscepta 1879, cum sacerdote 1, animabus ——.

9. *S. Pii V.* in Troy, Perry Co., Ind., suscepta 1873, una cum Missione.
10. *S. Joannis Chrysost.* in New-Boston; condita est 1861, cum sacerdote 1, animabus 400.
11. *S. Martini* in Sabaria, Perry Co., Ind., condita 1869, cum animabus 100.
12. *S. Joannis B.* in Cassidy's Settlement, Perry Co., Ind., condita 1875, cum animabus 300.
13. *S. Marci* in Hagedorn, Perry Co., Ind., ac
14. *S. Petri* in Rome, eod.; omnes hae quatuor ab unico eodemque sacerdote visitantur.

Quae sequuntur curantur a Patribus Prioratus S. P. Benedicti:

15. *S. P. Benedicti,*
16. *S. M. Scholasticae,*
17. *S. Antonii de Padua,* omnes conditae 1878 in Logan Co., Ark.

In Territorio DAKOTA curantur eccl., quae sequuntur:

18. *Immaculatae Concept.* in Bismarck, Burleigh Co., junctis stationibus: *Fort Buford,* Wallette Co., *Fort Lincoln* et *Mandan,* Morton Co., ac *Jamestown,* Stutsman Co., cum sacerdote 1.
19. *SS. Cordis Jesu* in Bonhomme, Bonhomme Co., junctis stationibus *Maxwell* et *Olivet,* Hutchison Co., *Scotland* et *Wanari,* Bonhomme Co., cum sacerdote 1.
20. *B. M. V. 7 dolorum* apud Fort Totten, cum sacerdote 1.
21. *S. Petri* apud Fort Yates cum sacerdotibus 2.

Necrologium inde ab anno 1866.

Obierunt:

1869, 23. Nov.		R. Fr. Pius Fleischmann, clericus.
1870, 6. Apr.		Fr. Benedictus Labre Breunig, conversus.
1871, 31. Mart.		R. P. Bonifacius Dilger.
"	31. Maj.	" Udalricus Christen.
"	20. Sept.	Fr. Michael Staedler, conversus.
1872, 9. Jun.		R. Fr. Laurentius Leute, clericus.
"	29. Oct.	" Rupertus Meile, "
1873, 7. Apr.		Fr. Raphael Rumig, conversus.

1874, 11. Jun. R. Fr. Athanasius Rumig, clericus.
" 14. Sept. Fr. Romanus Fritsch, conversus.
1875, 2. Jul. " Benedictus Basler, "
1876, 25. Sept. Pl. R. P. Beda O'Connor, Cancellarius et Vicarius in spiritualibus generalis Epi. Vincennopolitani.
1877, 1. Maji, Fr. Patricius Mullen.
1879, 17. Sept. R. Fr. Raphael Perras, clericus.
" 21. Dec. " Thaddaeus Droege, clericus.

2. PRIORATUS B. V. M. IMMACULATAE.

Cum anno 1872 Revmus Episcopus D. D. Joannes Jos. Hogan praedium quoddam obtulisset cum ecclesia S. Rocho dicata, parum a cathedrali S. Joseph distans, quocum pariter domus jungebatur satis ampla pro nova condenda monastica familia, Revmus Abbas S. Meinradi nomine ac vice Revmi Abbatis Angelomontani (Engelberg in Helv.) illud accepit votisque Revmi Episcopi concessit. Ab abbate Angelomontano mox Rev. Patres, Frowinus Conrad et Adelhelmus Odermatt missi sunt, qui 1873 ad episcopum venerunt ad rem componendam. Sed, ecce, ecclesia S. Rochi jam a Patribus Congregationis S. Crucis occupatur. Jamvero ad locum longe meliorem directi sunt, scil. ad *Conception*, per Rev. D. Powers anno 1858 conditum. Hoc loco itaque P. Frowinus, auxiliante Pl. R. P. Fintano, Priore S. Meinradi, exstruxit monasterium initiumque celebravit monasticae vitae solemni festo Nativitatis Domini, 1873, cum septem juvenibus ex Helvetia profectis, novae familiae aggregatis. Ecclesia S. Columbae, Abbatis, monasterio adjuncta, anno 1874 amplificata est et dedicata, monasteriumque ipsum a Pio PP. IX., fel. mem., die 30. April. 1876 canonice erectum est. Anno 1879 novum ex lapidibus monasterium aedificari coeptum est.

MONACHI:

1. Pl. R. P. Frowinus Conrad.

Prior et Novitiorum Magister,

Argojus, Helv., ex Auw, nat. 2. Nov. 1833, prof. in mon. Angelomont. 15. Aug. 1853, sac. 14. Sept. 1856.

2. R. P. Adelhelmus Odermatt.

Subsylvanus, Helv., ex Stans, nat. 10. Dec. 1844, prof. in mon. Angelomont. 29. Sept. 1866, sac. 3. Maji 1869.

3. R. P. Ignatius Conrad,

Argojus, Helv., ex Auw, nat. 15. Nov. 1846, prof. in mon. Einsidlensi 30. Aug. 1868, sac. 17. Sept. 1871.

4. R. P. Pius Conrad,

Argojus, Helv., ex Auw, nat. 5. Mart. 1848, simpl. prof. 1. Jan. 1875, sol. prof. 1. Jan. 1878, sac. 19. Jul. 1876.

5. R. P. Anselmus Ineichen,

Lucernensis, Helv., ex Kleinwangen, nat. 27. Maji 1853, simpl. prof. 1. Jan. 1875, sol. prof. 1. Jan. 1878, sac. 29. Sept. 1877.

6. R. P. Joannes Conrad,

Argojus, Helv., ex Auw, nat. 27. Maji 1851, simpl. prof. 1. Jan. 1875, sol. prof. 1. Jan. 1878, sac. 29. Sept. 1877.

7. R. P. Martinus Kennel,

Suitensis, Helv., ex Arth, nat. 4. Jan. 1854, simpl. prof. 24. Jun. 1876, sol. prof. ——— 1879, sac. 29. Sept. 1877.

8. R. P. Patricius Harrison,

Hibernus ex Milltown Malbay, nat. 3. Jan. 1843, sac. 19. Julii 1866, simpl. prof. 2. Feb. 1877 in mon. S. Vincentii, Congreg. Americ.-Cass.

9. R. P. Placidus Schmid,

Tugiensis, Helv., ex Baar, nat. 23. Feb. 1856, simpl. prof. 8. Dec. 1876, sol. prof. ——— 1879, diaconus 5. Jul. 1878.

10. R. P. Maurus Eckstein,

Badensis ex Laudenbach, nat. 5. Mart. 1852, simpl. prof. 8. Dec. 1876, sol. prof. ——— 1879, diaconus 5. Jul. 1878.

CLERICI:

1. R. Fr. Basilius Odermatt,

Subsylvanus, Helv.. ex Stans, nat. 25. Mart. 1857, simpl. prof. 1. Nov. 1877.

2. R. Fr. Leo Scherer,

Lucernensis, Helv., ex Inwyl, nat. 8. Dec. 1858, simpl. prof. 8. Dec. 1879.

3. **R. Fr. Joachim Huwyler,**
Argojus, Helv., ex Kleindietwyl, nat. 12. Aug. 1850, simpl. prof. 8. Dec. 1879.

4. **R. Fr. Joseph Zuendt,**
Sangallensis, Helv., ex Altstaetten, nat. 5. Nov. 1857, simpl. prof. 8. Dec. 1879.

5. **R. Fr. Beda Marti,**
Lucernensis, Helv., ex Grossdietwyl, nat. 6. Jun. 1860, simpl. prof. 8. Dec. 1879.

NOVITII:

1. **Fr. Nicolaus Moster,**
ex New-Elsass, Dirborn Co., Ind., nat. 20. Apr. 1860, indut. ——.

2. **Fr. Adolphus Beker,**
Badensis ex Rastatt, nat. 21. Maji 1854, indut. 20. Dec. 1878.

Fratres conversi professi: Octo. *Novitii:* Duo.

Bibliothecae numerantur 3,000 volumina.

Ecclesiae, quarum curam habent hujus mon. monachi, sunt:

1. *S. Joseph*, cathedralis, ab uno sacerdote curatur.
2. *S. Columbae* in vico Conception, adjunctis missionibus: *Albany, St. Patrick's, Dolora,* omnes in Gentry Co.; *Guilford, Whitesfield,* in Worth Co., cum animabus universim 1,200, quae ab uno sacerdote curantur.
3. *S. Mariae* in Maryville, Nodaway Co., quacum junguntur stationes *Barnard, Bolkow, Hopkins, Pickering, Rosadale,* cum animabus ca. 1,200, quae a duobus sacerdotibus curantur.

Denique sub Patrum cura constituta est *domus Sanctimonialium perpetuae adorationis,* regulam S. P. N. B. sectantium, in ipso vico Conception.

ENUMERATIO
totius Congregationis:

Episcopus	1.	Conversi	39.
Vic. Cap., abbas electus,	1.	Monasteria	2.
Prior (in Conception)	1.	Prioratus dependens	1.
Sacerdotes	36.	Eccl., ubi RR. PP. commor.	15.
Diaconi	3.	" quae visitantur	35.
Clerici	11.	Seminarium 1, Collegium	1.
Novitii	4.	Alumni utriusque simul	82.

Obierunt ab anno 1866: 15.

CONGREGATIO CASSINENSIS

"A PRIMAEVA OBSERVANTIA",

ERECTA a f. m. PIO PP. IX.

9. MART. 1872,

quae complectitur provincias:

1. Italicam cum monasteriis 10, (uno in Africa),
2. Anglicam cum monasteriis 3, (uno in India),
3. Gallicam cum monasteriis 6, (uno in America),
4. Belgicam cum monasteriis 2

et

Monasterium Montis Serrati in Hispania.

CONGREGATIO CASSINENSIS A PRIMAEVA OBSERVANTIA.

Quaedam monasteria Congregationis Cassinensis, in quibus auctore *Reverendissimo P. D. Petro Francisco Casaretto*, ejusque socio *Reverendissimo P. D. Raphaele Augustino Testa*, pristina regularis disciplina revocata fuerat, anno 1851 a fel. rec. Pio IX. Pont. Maximo collecta sunt in unam Provinciam, Congregationi quidem unitam, at S. Sedi immediate subjectam, cui a Proto-Coenobio nomen factum est *Provincia Sublacensis*. Quum autem haec per Italiam primum, deinde Italiae fines transgressa, per exteras quoque regiones se propagasset, sive monasteriis noviter aedificatis, sive nonnullis ex antiquis ei sensim accedentibus, anno 1867, annuente Sede Apostolica, in peculiarem Congregationem assurgere coepit et in varias provincias est distributa. Tandem laudatus Summus Pontifex Decreto S. Congregationis negotiis et consultationibus Episcoporum et Regularium praepositae, dat. die 9. Martii 1872, eam a Congregatione Cassinensi absolute separavit et ad Congregationis dignitatem rite evexit, indito ei nomine *Congregatio Cassinensis a primaeva observantia*, indultaque communione omnium privilegiorum, gratiarum et facultatum a Sede Apostolica Cassinensibus concessarum vel imposterum concedendarum.

Hanc Congregationem regit Abbas Generalis, qui residet in Proto-Coenobio ad S. Scholasticae prope Sublacum. Ejus autem negotia penes Romanam Curiam agit Procurator Generalis, qui degit Romae in Monasterio ad S. Ambrosii, in quo extat quoque Collegium pro junioribus Congregationis monachis philosophia et theologia caeterisque scientiis affinibus profectius imbuendis.

Haec Congregatio S. Regulae observationi arcte inhaerere nititur; at studia quoque pari diligentia persequitur, scientias colit, studiosae juventuti in Collegiis educandae et docendae operam navat, animarum curam alicubi gerit, aeternae proximorum saluti procurandae incumbit et Missiones in nonnullis mundi plagis sibi concreditas administrat.

I. PROVINCIA ITALICA.

MONASTERIA.

Quamvis religiosae familiae in Italia iniquis legibus extinctae fuerint et bonis omnibus expoliatae, tamen ita adfuit Congregationi in tanta calamitate misericors Deus, ut nullum ex monasteriis suis omnino dimittere coacta sit, licet ob bonorum jacturam atque ob maximam difficultatem novitios ad habitum recipiendi aliqua ex ipsis coenobiis a paucis dumtaxat monachis inhabitentur.

1. PROTO-COENOBIUM S. SCHOLASTICAE

SUBLACI, NULLIUS DIOEC.

Inscriptio epist.: Badia di S. Scholastica, Subiaco, Italia.

Unum superest ex duodecim monasteriis, quae testante Gregorio Magno S. P. Benedictus ineunte saeculo VI. in Simbruina valle fundavit, antequam Cassinum peteret. Jacet in Latio ad dexteram Anionis ripam in finibus Aequorum haud procul ab urbe Sublaco, quae 45 circiter passuum millibus Roma in Ortum distat. Dicatum fuerat a SSmo Patriarcha SS. Martyribus Cosmae et Damiano; at titulum S. Scholasticae serius accepit, quum Benedictus VII. Pont. Max. an. 981 Ecclesiae Dedicationem ritu solemni peregit prid. Non. Decembris.

Summorum Pontificum, Imperatorum, Regum munificentia, privilegiis atque largitionibus auctum, non minus potentia, opibus, ditione quam sanctitate et religione diu floruit, maxime saeculis XI., XII., XIII., XIV. Ad saeculum pene XV. abbates habuit a conventuali Capitulo rite electos, quorum nonnulli Romana purpura insignes extitere. Deinde ad annum usque 1454 abbates accepit a Pontificia Curia deputatos. Tum Cardinalibus commendatariis paruit, donec anno 1514 monachis id petentibus a Leone X. Congregationi Cassinensi una cum asceterio S. Specus unitum fuit. Nunc autem caput est Congregationis *Cassinensis a primaeva observantia.* Ejus ecclesia dignitate ac juribus Cathedralis potitur.

Bibliotheca continet plurima artis typographicae, ut vocant, incu-

nabula, quorum pretiosissima sunt, quae Conradus Sweynheim et Arnoldus Pannartz, quum e Germania artem recens inventam in Italiam inveherent, Sublaqum digressi atque a monachis hospitio excepti in ipso Coenobio excuderunt, nempe: Opus *Lactantii Firmiani de Divinis Institutionibus* anno 1465 et *S. Augustini de Civitate Dei* anno 1467. Tabularium alias multo locupletius adhuc quadringentos et amplius codices MSS. servat et magnam membranarum vim, inter quas eminent Diplomata plus quam ducenta a Summis Pontificibus pro monasterii decore atque utilitate data.

Monasterii aedificium exhibet egregia prioris aevi tum architecturae tum picturae monumenta, quorum pleraque Revmus D. Abbas Casaretto reparationibus ingenti sumptu adhibitis in pristinum nitorem splendoremque restituit.

2. ASCETERIUM SACRAE SPECUS.

Specus orationibus lacrymisque S. P. Benedicti consecrata in devexo Montis Talei latere latet et Orientem spectat; paulo inferius cavus alter recessus patet, in quo S. P. N., apostolicis filiorum suorum laboribus praeludens, pastores eum adeuntes verbis vitae aeternae ad salutem erudiebat.

Vel ab exordio Ordinis nostri extitere prope S. Specum cellae quaedam atque aediculae a ferventioribus monachis inhabitatae, et Oratorium a Christifidelibus pietatis studio celebratum; at proprii nominis ecclesia et coenobium ibi erecta non sunt nisi post medium saec. XI. structura plane admirabili, opere autem ob loci iniquitatem perarduo. Templi fornices et parietes totos exornant picturae, ex quibus nobilissimae artis progressus a saeculo XII. ad exitum usque XV. cum voluptate conspexeris.

Sacra Specus a confluentibus undique populis devotissime visitur, quorum pietati ut satisfieret Clemens XII. easdem absolvendi facultates monachis Specuensibus adhibuit ac habent Poenitentiarii minores Basilicae S. Petri in Vaticano et aedis Lauretanae. Hoc asceterium, Proto-Coenobio S. Scholasticae perpetuo unitum, rectum fuit a Priore usque ad annum 1732, quo a S. P. Clemente XII. sejunctum fuit et Abbatiae dignitate donatum. At summus Pont. Pius IX. provido consilio illud iterum Proto-Monasterio adnexuit ac subdidit, firma tamen manente rei oeconomicae separatione.

Monachi Sublacenses alumnorum coetum in Proto-Coenobio edu-

care et instituere consueverunt, at ob nuperas rerum vices illam dimittere coacti sunt. Nunc vero tum excipiendis Fidelium ac peregrinorum confessionibus, tum evolvendis interpretandisque Tabularii codicibus et membranis dant operam.

3. S. JULIANI PROPE GENUAM

Jacet ad maris litus ad radices collis amoenissimi cui nomen *Albarium* plus quam milliario procul a Genua in Orientem. Aedificatum est anno 1358, ibique primo incoluere Cistercienses. Anno autem 1461 a Pio II. Pont. Max. fuit unitum Congregationi Cassinensi. Quum desinente saeculo XVIII. una cum ceteris Liguriae monasteriis orbatum monachis fuisset, desolatum mansit donec an. 1844 a Carolo Alberto Sardiniae rege datum est Congregationi Cassinensi, ut in eo restitui inciperet S. Regulae observatio, quam in ejus Regione collapsam Revmus D. Petrus Abbas Casaretto, probante Gregorio XVI., instaurandam susceperat. Ibi igitur initium habuit disciplinae monasticae restauratio, quae postea Deo opitulante et immortalis memoriae Pontifice Pio IX. impense favente, processum, dilatationem ac firmitatem accepit. Huic monasterio *duae Parochiae* in ora occidentalis Liguriae sitae incumbunt. 1. *S. Martini Pelii*, quod est oppidum dioecesis Genuensis, septem a Genua milibus distans; 2. *S. Mariae Finalii* in dioecesi Savonensi, 50 a jam dicta urbe millibus, quam parochiam una cum annexo monasterio Gregorius XVI. an. 1844, laudato superius rege petente, Cassinensibus attribuit, quum antea penes Patres Congregationis Montis Oliveti fuisset.

4. MONASTERIUM S. JOANNIS EV., PARMAE.

Conditum fuit circa an. 983 a Sigefrido II. urbis Episcopo, qui ei praefecit Abbatem S. Joannem, ejus nominis I. A Sixto IV. Pont. Max. unitum fuit Congregationi Cassinensi an. 1477, Pius autem IX. illud Provinciae Sublacensi attribuit, an. 1851. Ecclesia, quae amplissimo monasterio adjacet, vastitate, structura et picturis est insignis. Bibliotheca erat voluminibus refertissima; at postremis

hisce temporibus, monasterio nefarie extincto, bibliothecae civitatis adjuncta est. Coenobio incumbit cura animarum eique annexum est monasteriolum *S. Mariae Turris-clarae*, quod 12 fere millibus Parma abest. Abbas S. Joannis jurisdictionem spiritualem exercet in veteri quoque Abbatia *S. Bernardi* loci *Fontisviri* 10 passuum millibus ab eadem urbe distantis.

5. S. MARIAE.
PRATALEAE (PRAGLIA) PROPE PATAVIUM.

Erectum fuit nobile hoc coenobium an. 1080 in montibus Euganeis agri Patavini a Maltraverso de Maltraversis Comite Montis Belli. Anno autem 1448 a Nicolao V. Pont. Max. Congregationi Cassinensi adjectum est. Incolis viduatum fuit an. 1810; at post annos 24 a Francisco I. Austriae Imperatore restitutum. Tandem an. 1857 Pius Papa IX. illud ad Sublacensem Provinciam aggregavit, abbate et monachis id postulantibus.

6. S. GEORGII MAJORIS, VENETIARUM.

Ejus fundamenta jecit circa an. 982 in insula quae objacet foro amplissimo Divi Marci, Beatus Joannes Maurocenus, qui cum S. Petro Urseolo, socero suo, monachi vitam Cuxani in Gallia professus est. Antiqui Venetorum Duces amplissimum coenobium non solum impenso dotarunt, sed et eorum aliqui monachale institutum in eo suscepere. Ibi quoque an. 1800 prid. Id. Mart. Barnabas Claramontius monachus Cassinensis postea Pius VII. a PP. Cardinalium Conclavi Summus Pontifex est renuntiatus. Martinus V. an. 1429 Cassinensi Congregationi illud adjunxit. Monachis an. 1810 inde expulsis pene desertum jacuit usque ad an. 1847, quo Prataleensibus coenobitis concessum est in aliqua illius parte considere (reliqua a militari praesidio occupata), et templi magnifici curam gerere. Provinciae Sublacensi accessit an. 1857 una cum Superiore.

7. S. JOANNIS BAPTISTAE
PROPE AEMONIAM (CITTANOVA) IN ISTRIA.

Anno 1841 Comes Franciscus Grisonius ampla quaedam praedia sita in maritima Istriae ora in loco, cui nomen *Daila* una cum aedibus et ecclesia S. Praecursori dicata inibi extantibus testamento reliquit monachis Pratalcensibus, ea tamen conditione, ut illic hospitium seu Stationem instituerent, in qua et colonis et finitimis populis spiritualia subsidia impenderentur tum divini verbi praedicatione, tum sacramentorum administratione, tum divinorum officiorum celebratione, et corporeis quoque eorum indigentiis subveniretur. Prataleenses hospitium a pio testatore praescriptum eo in loco inierunt an. 1858. Quum autem ob adjunctam an. 1866 Italiae regno Venetam ditionem ex Pratuleae monasterio Italicis legibus extrusi fuissent, abbas cum majore monachorum parte ad paratam sibi in Istria a Divina Providentia sedem se recepit, et, ecclesia in ampliorem augustioremque formam redacta, commodam satis domum constituit magno cum incolarum et finitimorum spirituali ac temporali emolumento. Jacet autem prope oppidum quod Italice appellatur *Cittanova*, quod ex ruinis veteris Aemoniae, urbis ad Nauportum flumen olim excisae, in eodem ferme loco conditum sit. Triginta circiter passuum milibus distat a Tergeste.

8. ABBATIA NULLIUS MONTIS VIRGINIS.

S. Gulielmus in Italia penes Insubres Vercellis ortus in asperrimo Virgiliani montis latere haud procul ab Abellino Campaniae urbe monasterium aedificavit in hon. B. M. V. ineunte saeculo XII., ibique Congregationem Montis Virginis sub regula S. P. N. Benedicti instituit, quae per Italiam et Siciliam propagata diu floruit. In coenobii ecclesia colitur celeberrima B. Mariae V. imago miraculis clara, ad quam ex multis locis, et praesertim ex meridionalis Italiae regione, Christifideles quotannis frequentissimi proficiscuntur. Extant ad radices montis aedes nobilissimae, in quibus Abbas Generalis Congregationis, qui jurisdictione quasi-episcopali in oppida quaedam finitima potitur, residere consuevit. Nuper vero, i. e. Kal. Feb. anni 1879, Leo XIII. praedictum monasterium et Congregationem Montis Virginis ad Congregationem Cassinensem a primaeva observantia in perpetuum aggregavit.

9. COLLEGIUM S. AMBROSII, ROMAE.

Paterna S. Ambrosii domus prope Capitolium sita, quam ipse S. Doctor cum S. Satyro fratre et S. Marcellina sorore incoluit, in ecclesiam mature conversa est, eamque per multa saecula tenuerunt moniales Benedictinae sub titulo *S. Mariae et Ambrosii in Maxima* ad initium usque saec. XIX., quo adversae temporum vices eas extruderunt. Tum varios habuere Ambrosianae aedes incolas. At anno 1861 immortalis memoriae Pontifex Pius IX. illas Ordini S. Benedicti restituendas decernens, Provinciae Sublacensi donavit, jussitque Collegium pro junioribus ejusdem monachis illic institui ad conficienda in Alma Urbe philosophiae ac theologiae studia. Collegium igitur ibi felicibus auspiciis coeptum est VIII. id. Jan. 1862 et jam inde uberes ad Congregationis utilitatem fructus tulit. Regitur a Revmo P. Abbate Procuratore Generali Congregationis Cassinensis a primaeva observantia, qui in eisdem aedibus sedem habet.

10. MISSIO IN INSULA GERBI
IN AFRICA PROPE TUNETUM.

Haec missio constituta est in Insula Tunetani maris, quae appellatur *Gerbi* seu *Zerbi*, atque ad Vicariatum Apostolicum Tuneti pertinet. Eam administrant monachi Provinciae Italicae, qui ejus curam susceperunt mense Augusto anni 1869. Interdum vero etiam in Africa ora verbi divini ministerio funguntur. Missioni dux *Praesidentis* nomine decoratur.

SERIES ABBATUM ET MONACHORUM IN PROV. ITALIAE.

Sapientissimo plane consilio veteres Congregationis Cassinensis Patres statuerunt, et Martinus V. et Eugenius IV. Pontifices Maximi suprema auctoritate confirmarunt, monachum quemque illius coenobii coetui ascriptum esse censendum quod ei incolendum a majoribus sit assignatum, non secus ac si ibidem monasticam disciplinam votis solemnibus suscepisset. Hoc enim instituto (ab eo autem supradicta Congregatio nomen *de Unitate* prae caeteris

merito est consecutà) fit, ut quos eàdem Sodalitas in unum veluti corpus, atque in unam familiam conjungit, hi mutuo communionis vinculo arctius copulentur, et monasteriorum discrimine non dissocientur. Quae cum ita sint, in albo monachorum Congregationis Cassinensis *a primaeva observantia* adornando, haud opportunum visum est eos pro uniuscujusque professionis coenobio, ut ajunt, recensere. Provinciarum tantummodo rationem habere placuit, quod perraro contingat, ut quis ex ea provincia, in qua primo monasticam vitam iniverit, ad aliam transferatur.

Novitii nuspiam indicantur.

Abbas Generalis Congregationis:

Illustrissimus et Reverendissimus Dominus.

D. Raphael Augustinus Testa,

a S. Vito in Latio, nat. 2. Mart. 1813, solemnia vota nuncupavit Sublaci S. Scholasticae 19. Mart. 1830, sacerdotio auctus die 19. Mart. 1836, ad dignitatem abbatialem evectus 24. Jun. 1851, Generalis demum Abbas Congregationis electus a S. M. Pio IX. Pont. Max. 5. Apr. 1876.

Procurator generalis in Romana Curia:

Reverendissimus D. Columbanus Canevello,

Genuae, nat. 11. Mart. 1822, sol. prof. ad S. Juliani 16. Maji 1844, sac. 4. Maji 1845, Procurator Generalis creatus 5. Aug. 1867, Abbatis dignitate ornatus a Pio Papa IX. die 28. Sept. 1872.

ABBATES:

Revmus D. Attilanus Oliveros,

Regianae in Hispania, nat. 13. Oct. 1812, sol. prof. in coenobio ad S. Juliani de Samos 23. Oct. 1831, sac. 18. Jun. 1837, Abbas renuntiatus in majoribus Comitiis Perusii habitis anno 1858, Abbas S. Mariae Prataleae in Istria cum monachis residens in Hospitio S. Joannis Baptistae prope Aemoniam.

Revmus D. Romaricus Flugi

d' Aspermont, a Neapoli, nat. 10. Feb. 1821, simpl. prof. in Proto-Coenobio Sublacensi 8. Dec. 1864, sol. ibid. prof. 13. Maji 1868, ad sacerdotium promotus 22. Sept. 1868, Abbas a Pio IX. electus 17. Maji 1868, Abbas a regimine absolutus ab an. 1871.

Revmus D. Victor Corvaia,

a Panormo, nat. 19. Jun. 1834, simpl. prof. in Proto-Coenobio 8. Dec. 1856, sol. prof. 13. Nov. 1863, sac. 8. Aug. 1858, tandem *Abbatis titulo* decoratus a Leone XIII. Kal. Feb. 1879.

MONACHI:

6. Revmus D. Antonius Corazza,

a Sacili in Superiore Italia, nat. 29. Oct. 1817, sol. prof. 21. Nov. 1845, sac. mense Sept. 1841, *Provinciae Italicae Pro-Visitator* electus 5. Aug. 1867.

7. R. P. Joannes Dominicus Corner,

a Venetiis, nat. 9. Jun. 1800, sol. prof. 27. Nov. 1837, sac. —— Dec. 1823.

8. R. P. Basilius Gurian,

ab Agna, nat. 26. Mart. 1815, sol. prof. 23. Oct. 1838, sac. 25. Maj. 1839.

9. R. P. Benedictus Pascottini,

ab Utina, nat. 8. Feb. 1819, sol. prof. 8. Sept. 1843, sac. 19. Sept. 1846.

10. R. P. Gulielmus Comanedi,

a Bussana in Liguria Occid., nat. ———, sol. prof. 16. Maj. 1844. sac. mense Dec. 1846.

11. R. P. Nicolaus M. Canevello,

a Genua, nat. 7. Sept. 1829, sol. prof. 13. Sept. 1846, sac. 18. Sept. 1852.

12. R. P. Placidus Contesso,

a Nicaea, nat. 10. Feb. 1825, simpl. prof. 19. Oct. 1847, sol. prof. 13. Oct. 1857, sac. anno 1849.

13. R. P. Ramirus Fornelli,

a Genua, nat. 18. Maj. 1831, simpl. prof. 24. Jun. 1851, sol. prof. 29. Jun. 1855, sac. 16. Feb. 1856.

14. R. P. Adelelmus Foppiano,

a Genua, nat. 1. Dec. 1830, simpl. prof. 24. Jun. 1851, sol. prof. 29. Jun. 1855, sac. 20. Sept. 1856.

15. R. P. Aurelius De Gobbi,

a Fossa Clodia, nat. 15. Apr. 1812, sol. prof. 30. Nov. 1852, sac. 17. Sept. 1835.

16. R. P. Maurus Ciuffa,

a Monte Compatrum, nat. 21. Nov. 1835, simpl. prof. 17. Apr. 1854, sol. prof. 3. Nov. 1863, sac. ——.

17. R. P. Valentinianus Revello,

a Tabulis, nat. ——— 1837, simpl. prof. 13. Nov. 1857, sol. prof. 11. Jul. 1876, sac. 24. Sept. 1864.

18. R. P. Paulinus Manciana,

a Furva, nat. 5. Sept. 1839, simpl. prof. 13. Nov. 1857, sol. prof. 27. Dec. 1876, sac. 27. Sept. 1863.

19. R. P. Constantinus Balestra,

a Carpasio, nat. 12. Maji 1839, simpl. prof. 13. Nov. 1857, sol. prof. 13. Nov. 1867, sac. 6. Jun. 1868.

20. Theodoricus Cudi,

a S. Stephano in Catalaunia, nat. 28. Apr. 1829, simpl. prof. 13. Nov. 1857, sol. prof. 2. Jul. 1867, sac. 21. Nov. 1858.

21. R. P. Faustus Amadeo,

ab Aquetico, nat. 8. Aug. 1837, simpl. prof. 22. Aug. 1858, sol. prof. 6. Apr. 1868, sac. 6. Jun. 1868.

22. R. P. Oderisius Bonamore,

a Gallicano, nat. 3. Maji 1828, simpl. prof. 8. Dec. 1858, sol. prof. 2. Jul. 1867, sac. 25. Jul. 1861.

23. R. P. Leo Allodi,

a Parma, nat. 16. Sept. 1841, simpl. prof. 8. Dec. 1858, sol. prof. 8. Nov. 1868, sac. 6. Dec. 1868.

24. **R. P. Albericus Panella,**
a Parma, nat. 13. Mart. 1835, simpl. prof. 8. Dec. 1858, sol. prof. 2. Jul. 1867, sac. 25. Jul. 1861.

25. **R. P. Urbanus Gerini,**
a Gazelio, nat. 5. Feb. 1839, simpl. prof. 8. Dec. 1858, sol. prof. 8. Dec. 1868, sac. 31. Maji 1863.

26. **R. P. Theobaldus Kraljic,**
a Dobasnica in Illyria, nat. 8. Nov. 1838, simpl. prof. 15. Aug. 1859, sol. prof. 8. Nov. 1868, sac. 6. Dec. 1868.

27. **R. P. Germanus Kirincic,**
a Dobrigno in Illyria, nat. 9. Apr. 1840, simpl. prof. 15. Aug. 1859, sol. prof. 19. Sept. 1869, sac. 10. Oct. 1869.

28. **R. P. Maximinus Saccheri,**
a Carpasio, nat. 28. Apr. 1842, simpl. prof. 30. Mart. 1860, sol. prof. 5. Aug. 1868, sac. 30. Oct. 1868.

29. **R. P. Marinus Frattin,**
a Venetiis, nat. 12. Maji 1840, simpl. prof. 17. Maji 1860, sol. prof. 25. Oct. 1870, sac. 1. Nov. 1870.

30. **R. P. Eugenius Frattin,**
a Venetiis, nat. 24. Jun. 1841, simpl. prof. 17. Maji 1860, sol. prof. 15. Sept. 1870, sac. 16. Oct. 1870.

31. **R. P. Laurentius Pagliapietra,**
a Venetiis, nat. 25. Aug. 1843, simpl. prof. 17. Maji 1860, sol. prof. 19. Sept. 1869, sac. 10. Oct. 1869.

32. **R. P. Amatus Clerici,**
a S. Stephano ad mare, nat. 12. Sept. 1843, simpl. prof. 17. Maji 1860, sol. prof. 19. Sept. 1869, sac. 10. Oct. 1869.

33. **R. P. Adeodatus Novella,**
a Bussana, nat. 31. Maji 1838, simpl. prof. 13. Nov. 1860, sol. prof. 19. Sept. 1869, sac. 13. Oct. 1864.

34. **R. P. Hildebrandus Dell' Oro,**

a Leuco, nat. 2. Jun. 1843, simpl. prof. 19. Mart. 1861, sol. prof. 19. Sept. 1869, sac. 10. Oct. 1869.

35. **R. P. Romualdus Scarella,**

a Carpasio, nat. 12. Maji 1844, simpl. prof. 9. Maji 1861, sol. prof. 8. Dec. 1871, sac. 24. Feb. 1872.

36. **R. P. Gaudentius Juranic,**

a Dobasnica in Illyria, nat. 21. Dec. 1843, simpl. prof. 17. Nov. 1861, sol. prof. 15. Sept. 1870, sac. 16. Oct. 1870.

37. **R. P. Gilbertus Lupi,**

a Bussana in Liguria Occid., nat. 2. Jun. 1845, simpl. prof. 30. Jun. 1862, sol. prof. 18. Maji 1871, sac. 13. Aug. 1871.

38. **R. P. Eusebius Podestá,**

a Bussana in Liguria Occid., nat. 8. Oct. 1845, simpl. prof. 8. Sept. 1862, sol. prof. 8. Dec. 1871, sac. 24. Feb. 1872.

39. **R. P. Theodorus Cappelli,**

a Olibano in Latio, nat. 6. Mart. 1846, simpl. prof. 8. Maji 1864, sol. prof. 15. Sept. 1870, sac. 16. Oct. 1870.

40. **R. P. Martinus Mortora,**

a Carpasio, nat. 17. Feb. 1845, simpl. prof. 8. Maji 1864, sol. prof. 25. Oct. 1870, sac. 1. Nov. 1870.

41. **R. P. Hermenegildus Faraldi,**

a Priora, 29. Oct. 1844, simpl. prof. 8. Maji 1864, sol. prof. 8. Aug. 1872, sac. 15. Sept. 1872.

42. **R. P. Chilianus Binaco,**

a Signia, nat. 24. Dec. 1845, simpl. prof. 2. Feb. 1865, sol. prof. 25. Oct. 1870, sac. 1. Nov. 1870.

43. **R. P. Athanasius Accorimboni,**

ab Hispello, nat. 16. Apr. 1811, sol. prof. 7. Maji 1865, sac. 28. Maji 1836.

44. R. P. Felix Vaggioli,

a Bastio, nat. 9. Nov. 1845, simpl. prof. 29. Jun. 1865, sol. prof. 8. Dec. 1871, sac. 24. Feb. 1872. *Rector missionis in insula Gerbi* maris Tunetani, adjutoribus sociis.

45. R. P. Angelus Ceriolo,

a Bussana in Liguria Occid., nat. 7. Aug. 1847, simpl. prof. 9. Jul. 1865, sol. prof. 18. Maji 1871, sac. 13. Aug. 1871.

46. R. P. Casimirus Nuvolone,

a Castellario, nat. 3. Jan. 1847, simpl. prof. 13. Nov. 1865, sol. prof. 18. Maji 1871, sac. 13. Aug. 1871.

47. R. P. Justinus Clerici,

a Pompeiana, nat. 22. Jul. 1846, simpl. prof. 19. Mart. 1866, sol. prof. 8. Aug. 1872, sac. 15. Sept. 1872.

48. R. P. Andreas Wascheck,

a Beuthen in Super. Silesia, nat. 26. Feb. 1843, simpl. prof. 13. Nov. 1867, sol. prof. 27. Oct. 1872, sac. 17. Nov. 1867.

49. R. P. Raphael Wissel,

a Membris in Germania, nat. 16. Mart. 1838, simpl. prof. 5. Mart. 1868, sol. prof. 27. Oct. 1872, sac. 17. Nov. 1872.

50. R. P. Coelestinus Ramella,

a S. Laurentio, nat. 27. Maji 1849, simpl. prof. 8. Dec. 1869, sol. prof. 16. Aug. 1877, sac. 3. Feb. 1878.

51. R. P. Adalbertus Amandolini,

a Recineto, nat. 13. Maji 1850, simpl. prof. 11. Sept. 1870, sol. prof. 9. Jul. 1874, sac. 26. Jul. 1874.

52. R. P. Anacletus Podèstà,

a Bussana in Liguria, nat. 24. Sept. 1853, simpl. prof. 11. Sept. 1870, sol. prof. 15. Aug. 1876, sac. 22. Dec. 1877.

53. R. P. Anselmus Piccone,

a Voragine, nat. 19. Jan. 1853, simpl. prof. 11. Sept. 1870, sol. prof. 23. Jul. 1876, sac. 23. Sept. 1876.

54. R. P. Gregorius Calf,

a Panormo, nat. 16. Maji 1851, simpl. prof. 1. Nov. 1871, sol. prof. 23. Jul. 1876, sac. 23. Sept. 1876.

55. R. P. Dominicus Serafini,

ab Urbe, nat. 3. Aug. 1852, simpl. prof. 16. Jun. 1874, sol. prof. 20. Aug. 1877, sac. 21. Oct. 1877.

56. R. P. Ildephonsus Tiberio,

a Casa-Burdini, nat. 8. Jun. 1846, simpl. prof. 16. Jun. 1874, sac. 8. Nov. 1874.

57. R. Fr. Hippolytus Bianchi,

a Varceno, nat. 1. Maji 1856, simpl. prof. 12. Aug. 1874.

58. R. Fr. Richardus Minetto,

a Talleolo, nat. 31. Mart. 1858, simpl. prof. 20. Jun. 1875.

59. R. P. Camillus Sarra,

a Terracina, nat. 2. Maji 1835, sol. prof. 11. Sept. 1875, sac. 29. Maji 1858.

60. R. Fr. Bernardus Vari,

a Signia, nat. 25. Jan. 1846, simpl. prof. 21. Dec. 1875.

61. R. Fr. Joseph Llobet y Vilarrubias,

a Sabadell in Hisp., nat. 17. Jan. 1851, simpl. prof. 13. Nov. 1876.

62. R. Fr. Placidus Merida,

a Sabadell in Hisp., nat. 12. Feb. 1858, simpl. prof. 13. Nov. 1876.

63. R. Fr. Maurus Serafini,

ab Urbe, nat. 7. Apr. 1859, simpl. prof. 13. Nov. 1876.

64. R. Fr. Bonifacius Jerola,

a Palma in Campania, nat. 26. Apr. 1854, simpl. prof. ——— Maji 1877.

Fratres Conversi simpliciter professi: Triginta.

II. PROVINCIA ANGLICA.

Sublacensis Provincia exemplum secuta S. Gregorii Magni, qui exeunte saec. VI. S. Augustinum cum sociis in Britanniam misit ad Anglorum gentem Christi fide imbuendam, an. 1856 R. P. D. Wilfridum Alcock et haud multo post nonnullos alios monachos natione Anglos, S. Regulam in Proto-Coenobio professos et apte institutos ad eam insulam delegavit, ut illic sedem figerent et una cum ceteris Dominicae vineae operariis incumberent conterraneis suis ab haeresi ad Ecclesiam revocandis.

Affuit hujusmodi coeptis Deus O. M., et Sublacenses uberem laborum fructum tulerunt, tum multis concivium suorum ad Christi ovile reductis, tum novis aedificatis monasteriis, tum suscepta studiosae juventutis educatione et missionum ad exteros administratione.

MONASTERIA.

1. S. AUGUSTINI,

APUD RAMSGATE DIOEC. SUTHWARCENSIS.

Inscriptio epist.: St. Augustine's, Ramsgate, Kent, England.

Extat in comitatu Kantii in Dioecesi Suthwarcensi, conditum an. 1861, opem munifice ferente illustri pioque viro D. Alfredo Luck, prope locum, quo S. Augustinus tredecim ante saeculis cum sociis appulit, Evangelium Anglis praedicaturus. Bibliothecam possidet voluminibus copiosam. Templum ab Augusto Welby Pugin. Architecto clarissimo, erectum suspicitur tanquam perfectum gothicae structurae exemplar. Annexam habet animarum curam; eam quoque gerunt monachi in statione quatuor circiter milia distante in loco *Margate* ejusdem Dioeceseos. In magnificis autem collegii aedibus coenobio adjacentibus, quae a S. Gregorio appellantur, bonae spei ephebos omni disciplinarum gerere instituunt, et ad superiorum scientiarum studia in Universitate percurrenda praeparant.

2. S. BENEDICTI PROPE CANTUARIAM,
ST. BENEDICT'S, HALES-PLACE, CANTERBURY.

Fundatum est praesertim pro novitiis Provinciae educandis an. 1875 in solo, quod cum agro circumstante dono dedit *Maria Hales*, foemina pietatis laude et antiqua generis nobilitate spectatissima ac multis magnisque beneficiis de Anglica Congregationis Provincia optime merita. Situm est in Dioecesi Suthwarcensi prope Cantuariam, Ordinis Benedictini praecipuam olim in insula sedem, quam tot Primates et Monachi sanctitatis splendore illustrarunt.

3. VICARIATUS APOST. BENGALAE ORIENTALIS.

Jam inde ab exeunte anno 1874 selectum ex Anglica Provincia monachorum agmen, mittente Sede Apostolica, ad orientalem Bengalae plagam porrexerat, ut susciperet curam immensi illius Vicariatus, a quo regendo presbyteri Congregationis S. Crucis, qui illum viginti quatuor annos administraverant, ob operariorum inopiam se abdicare decreverant. Anno autem 1876, Brevi dato die 4. Aug., S. M. Pius IX. eundem Apostolicum Vicariatum Congregationi Cassinensi a primaeva observantia concredidit, a monachis Provinciae Anglicae regendum. Tandem Leo XIII. in Consistorio habito die 28. Mart. 1878, Rev. P. Jordanum Mariam Balsieper, religionis vota Sublaci professum, Episcopum Thanasiae i. p. i. renuntiavit et Vicarium Apostolicum Bengalae Orientalis creavit. Qui consecratione accepta die 12. Maj. ejusdem anni ad gregem sibi a Christo commissam, comitante altera monachorum manu, se contulit die 6. Oct. 1878.

SERIES MONACHORUM PROVINCIAE ANGLICAE.
Abbas:
Revmus D. Wilfridus Maria Alcock,

ab Ince Blundell Dioec. Liverpolitanae, nat. 14. Jan. 1831, simpl. prof. Sublaci 21. Mart. 1851, sol. prof. 25. Mart. 1858, sac. 23. Dec. 1854, Provinciae Visitator renuntiatus in Comitiis Romae abhitis an. 1867, Abbas electus 29. Sept. 1872, Visitator emeritus 5. Apr. 1876.

MONACHI:

2. Revmus P. Adalbertus Sullivan,

a Kilkenny in Hibernia, nat. 15. Feb. 1833, simpl. prof. 8. Dec. 1855, sol. prof. 15. Jul. 1863, sac. 21. Nov. 1858, *Pro-Visitator* Provinciae electus 9. Jul. 1876.

3. R. P. Cuthbertus Downey,

a Cheltenham Dioec. Cliftoniensis, nat. 26. Dec. 1832, simpl. prof. 8. Sept. 1850, sol. prof. 13. Oct. 1857, sac. 8. Mart. 1856.

4. R. P. Suitbertus Palmer,

a Liverpool in Anglia, nat. 8. Jun. 1832, simpl. prof. 24. Jun. 1851, sol. prof. 29. Jun. 1857, sac. 20. Dec. 1856.

5. R. P. Willibaldus Burt,

a Bristol in Anglia, nat. 6. Aug. 1837, simpl. prof. 22. Aug. 1858, sol. prof. 5. Aug. 1868, sac. 23. Dec. 1871.

6. R. P. Adamus Hamilton,

a Wrexham in Scotia, nat. 18. Aug. 1841, simpl. prof. 8. Dec. 1858, sol. prof. 5. Aug. 1868, sac. 22. Apr. 1867.

7. R. P. Sigebertus Sanders,

a Birmingham, nat. 21. Aug. 1839, simpl. prof. 30. Mart. 1860, sol. prof. 5. Aug. 1868, sac. mense Dec. 1863.

8. R. P. Winnebaldus Burt,

a Bristol, nat. 23. Mart. 1840, simpl. prof. 14. Jun. 1860, sol. prof. 23. Dec. 1869, sac. 23. Dec. 1871.

9. R. P. Anselmus Fox,

a St. Helens in Anglia, nat. 29. Mart. 1843, simpl. prof. 17. Nov. 1861, sol. prof. 19. Sept. 1869, sac. 10. Oct. 1869.

10. R. P. Edmundus Luck,

a Londino, nat. 18. Mart. 1840, simpl. prof. 17. Nov. 1861, sol. prof. 23. Dec. 1871, sac. 23. Sept. 1865.

11. **R. P. Augustinus Luck,**
a Londino, nat. 29. Jun. 1841, simpl. prof. 17. Nov. 1861, sol. prof. 19. Sept. 1869, sac. 10. Oct. 1869.

12. **R. P. Thomas Bergh,**
a Brixham, nat. 9. Oct. 1840, simpl. prof. 25. Oct. 1863, sol. prof. 19. Sept. 1869, sac. 10. Oct. 1869.

13. **R. P. Aidanus Macdonald,**
ab Aberdeen in Scotia, nat. 30. Jan. 1845, simpl. prof. 26. Julii 1866, sol. prof. 8. Aug. 1872, sac. 15. Sept. 1872.

14. **R. P. Beda Birchby,**
a Woodchester, nat. 24. Feb. 1847, simpl. prof. 1. Jan. 1867, sol. prof. 8. Sept. 1872, sac. 18. Oct. 1872.

15. **R. P. Ethelwaldus O'Gara,**
a Peckham prope Londinum, nat. 28. Mart. 1852, simpl. prof. 1. Nov. 1869, sol. prof. 5. Oct. 1875, sac. 31. Oct. 1875.

16. **R. P. Oswaldus Monti,**
a Cantuaria, nat. 30. Sept. 1848, simpl. prof. 1. Nov. 1869, sol. prof. 8. Jun. 1874, sac. 26. Jul. 1874.

17. **R. P. Osmundus Egan,**
a Dublino, nat. 11. Dec. 1852, simpl. prof. 1. Nov. 1869, sol. prof. 5. Oct. 1875, sac. 31. Oct. 1875.

18. **R. P. Laurentius Lonergan,**
a Carrick in Hibernia, nat. 24. Sept. 1848, simpl. prof. 1. Nov. 1869, sol. prof. 5. Oct. 1875, sac. 31. Oct. 1875.

19. **R. P. Elphegus Power,**
a Ramsgate in Anglia, nat. 17. Aug. 1852, simpl. prof. 1. Nov. 1869, sol. prof. 20. Aug. 1877, sac. 21. Oct. 1877.

20. **R. Fr. Chilianus O'Donoghue,**
a Preston in Anglia, nat. 19. Feb. 1849, simpl. prof. 9. Jul. 1871.

21. R. P. Benignus Sullivan,
a Ballingarry in Hibernia, nat. 20. Feb. 1843, simpl. prof. 9. Jul. 1871, sol. prof. 12. Jul. 1874, sac. 26. Jul. 1874.

22. R. P. Wulstanus Parkes,
a Birmingham, nat. ——, simpl. prof. 9. Jul. 1871, sol. prof. 12. Jul. 1874, sac. 26. Jul. 1874.

23. R. Fr. Mellitus Mac-Carron,
a Monaghan in Hibernia, nat. 3. Dec. 1854, simpl. prof. 21. Mart. 1873.

24. R. Fr. Ambrosius Agius,
ab Alexandria in Aegypto, nat. 17. Sept. 1856, simpl. prof. 12. Oct. 1873.

25. R. Fr. Erconwaldus Egan,
a Bedford, nat. 24. Sept. 1856, simpl. prof. 12. Oct. 1874.

26. R. Fr. Bruno Smith,
a Londino, nat. 6. Nov. 1831, simpl. prof. 12. Oct. 1874.

27. R. Fr. Columba Swanson,
a Londino, nat. 1. Nov. 1857, simpl. prof. 12. Oct. 1874.

28. R. Fr. Joseph Power,
a Ramsgate, nat. ———, simpl. prof. 4. Apr. 1879.

Fratres Conversi simpliciter professi: Decem.

III. PROVINCIA GALLICA.

Venerabilis Dei servus *D. Joannes Baptista Muart*, natus in Archi-Dioecesi Senonensi die 24. Apr. 1809, vita autem defunctus die 19. Jun. 1854 (in cujus eximias virtutes dudum quaestio rite institui coepit ad referendum eum in Beatorum Album), miserans afflictum nimis in patria sua Religionis statum et crescentem in dies incredulitatem morumque licentiam, divino afflatus spiritu fundamenta jacere aggressus est congregationis monachorum, qui S. Benedicti Regulam profitentes, vitae austerioris exemplo et praedicationis verbo ad procurandam salutem proximorum enixe incumberent. Verum, egregio viro immatura morte praerepto, ejus discipuli, Pii IX. Pont. Max. voluntati obsecuti, Sublacensi Provinciae recens institutae, uniri petierunt ac vigentem in ea disciplinae rationem amplexi sunt. Unio autem die 14. Jan. 1859 confecta operi a Muart incepto tantam firmitatem et profectum attulit, ut nonnullas Galliae Dioeceses, locorum Ordinariis id certatim poscentibus, jam pervaserit, et novam Praefecturam apostolicam in Foederatis Americae septentrionalis Statibus regendam suscipere valuerit.

MONASTERIA.

1. S. MARIAE DE PETRA ROTANTE.

Sainte Marie de la Pierre-qui-vire, Yonne, France.

Erectum est an. 1850 a laudato R. P. Muart in nemoroso Burgundiae loco Archidioeceseos Senonensis prope Aballonem (Avâllon). Serius vero tum coenobium, tum ecclesia ampliore et augustiore forma aedificata sunt; facie omnino mutata a Chrstifidelibus devote celebratur. Monasterium egregia bibliotheca est instructum. In eo quoque institutum est collegium, in quo adolescentes humanioribus litteris erudiuntur.

2. IMMACULATAE CONCEPTIONIS.

Bethisy —— S. Pierre, Cote d'or.

Fundatum an. 1859 in aedibus veteris cujusdam Prioratus Dioeceseos Bellovacensis, a pia matrona dono datis.

3. S. BENEDICTI AD LIGERIM.

S. Benoit-sur-Loire.

Aedificium veteris coenobii Floriacensis in Dioecesi Aurelianensi per totam Galliam celeberrimi a furentibus Dei et Ecclesiae hostibus exeunte saec. XVIII. solo aequatum est. Adhuc tamen extat Basilica, quae illi adjacebat, structura et amplitudine praestantissima. Ad eam resident monachi jam ab initio Jan. 1865 et animarum curam exercent in proximo oppido, cui nomen a S. Benedicto.

4. IMMACULATI CORDIS MARIAE

apud Bellum-Locum. Belloc, Basses-Pyrénées.

Paucis abhinc annis pii quidam presbyteri saeculares Dioeceseos Bajonensis, ut fidei ac pietati in patrio solo conservandae atque juventuti excolendae prospicerent, arduum sane consilium inierunt S. Benedicti filios in illud invehendi. Itaque strenui viri novae plantationis germina, et primi novae molis lapides futuri nuntium saeculo remiserunt, et sanctae conversationis habitum in monasterio ad S. Mariae de Petra rotante suscepere, hac adjecta ab eorum Episcopo conditione, ut ex praedicto coenobio monachorum colonia ad Bellum-Locum deduceretur. Quod et prospere factum est Kal. Sept. anni 1875, monachis in domus possessionem immissis, institutoque in ea puerorum collegio.

5. S. PETRI A CANONICIS.

S. Pierre de Canon.

Extabant in loco, cui nomen *S. Pierre de Canon* in Dioecesi Aquensi aedes cujusdam monasterii, qui feliciter effugerant eversionem, qua pleraque Religiosorum domicilia in Gallia strata sunt.

Quum pia nobilisque femina, cui ipsae obtigerant, Revmo Aquensium Antistiti illas donasset, ut religiosa virorum familia ibi collocaretur, eximius Praesul anno 1875 eas monachis S. Mariae de Petrarotante benigne contulit. Hoc utilius et opportunius Gallicae Provinciae accidit, quod id temporis ei opus erat loco, quem suis alumnis ad studia commodius persequenda destinaret. Die igitur 9. Oct. novus monachorum coetus illic est constitutus, atque anno sequenti ad aequum numerum evectus.

Hujus Provinciae monachi populos verbi Dei praedicatione et saecularem Clerum exercitationibus spiritualibus magno cum fructu excolere consueverunt.

6. PRAEFECTURA APOSTOLICA

Indorum Territorii in America Sept. cum

Abbatia *de SSmo Corde Jesu.*

Ineunte anno 1873 *R. P. Isidorus Robot* monachus S. Mariae de Petra-rotante missus a Praesulibus Congregationis et Provinciae Gallicae, ex portu Brestiae solvit, comitante Fr. Converso, ad Septentrionalem Americam iter facturus, ut illic opportunam sedem pararet suis ad regnum Christi in istis regionibus dilatandum. Quum varia explorasset loca multasque difficultates intrepide superasset, tandem consedit in Territorio Indorum (Indian Territory), quod barbarae tribus inhabitant, omni fere ad salutem ope destitutae, easque Christianae fidei rudimentis imbuere aggressus est. Haud multo post Sedes Apostolica decreto S. Consilii Christiano nomini propagando, dat. die 5. Jul. 1875 Indorum Territorium a finitimis Vicariatibus separavit, in Praefecturam Apostolicam erexit et monachis Provinciae Gallicae Congreg. Cassinensis a primaeva observantia administrandum demandavit; die vero 9. Jul. laudatum P. Isidorum primum ejusdem Territorii Praefectum Apostolicum nominavit. Opere igitur S. Sedis auctoritate firmato, idoneis ex Gallica Provincia sociis et adjutoribus illuc missis, nonnullis Americae juvenibus ad tyrocinium receptis, nova Missio magnum coepit incrementum et fructus salutis uberrimos in barbarorum conversionem se laturam promittit.

Nova sedes nunc paratur Monachis Provinciae Gallicae in *Britannia minori* ab Illmo et Revmo D. Anselmo Nouvel O. S. B. Corisopitensium Antistite, qui Dioecesi sua coenobium pro fratribus ac sodalibus olim suis aedificandum curat, mox ineundum, et a *S. Benedicto* appellandum.

SERIES MONACHORUM PROVINCIAE GALLICAE.

EPISCOPUS:

Illmus et Revmus D. D. Anselmus Nouvel de la Flèche,

(Vid. supra pag. 11.)

Ad mentem fundatoris in regionibus circumjectis, quae usque ad finem saeculi superioris pertinebant ad dioec. Passaviensem, multae conditae sunt stationes ad religionem christianam propagandam, e quibus altero saeculi undecimi dimidio, approbante Episcopo Passaviensi *Altmanno* et consentiente Papa Alexandro III., exstiterunt primae parochiae, ubi multae ecclesiae atque in iis magnificae exstruebantur. Ab abbate *Eremberto II.* (1669–1703) in omnes parochias incorporatas missi sunt sacerdotes capitulares. Nostris vero temporibus monasterium Cremifanense dioecesi Lincensi, an. 1784 erecta, continetur ejusque jurisdictioni spirituali commissa sunt circiter 42,000 fidelium, qui a 47 sacerdotibus capitularibus reguntur in sequentibus 24 ecclesiis parochialibus, 18 filialibus et oratoriis, praeter *ecclesiam claustralem*, quae an. 1784 dignitate ecclesiae parochialis ornata est, quae modo numerat animas 4032; cujus ecclesiae filiales sunt: ad *S. Stephanum* in Kirchberg; ad *S. Joannem B.* in oppido; ad *S. Crucem*; ecclesia in monte Calvariae; sacellum Academicum; capella privata in arce Kremseck.

1. Adlwang, *B. M. V. 7 dolor.*, sacris peregrinationibus celeberrima, erect. saec. XI., parochialis ab an. 1785, cum sac. 1, animabus 702.

2. Allhaming, *S. Georgii. Mart.*, erect. saec. XIII., parochialis ab an. 1785., cum sac. 1, animabus 735.

3. Buchkirchen, *S. Jacobi Ap.*, antiquissima, cum filiali in Mistelbach ad *S. Margaritam*, cum sac. 2, animab. 1989.

4. St. Conrad, *S. Conradi*, filialis parochiae Viechtwang, parochialis ab an. 1784, cum sac. 1, animabus 775.

5. Eberstallzell, *S. Udalrici*, parochialis ab an. 1609, cum sac. 2, animabus 1367.

6. Egendorf, *B. M. V. assumptae*, parochialis ab an. 1784, cum sac. 1, animabus 540.

7. Fischlham, *S. Petri, Ap.*, erecta saec. XII., parochialis ab anno 1267, cum filiali ad *S. Georgium*, cum sac. 1, anim. 873.

8. Gruenau, *S. Jacobi, Ap.*, erecta saec. XII., parochialis ab initio saec. XIV., cum sac. 2, animabus 1738. Huc pertinent filialis in Jacobsbrunn et capella privata in Almsee.

9. Hall, *S. Margaritae, V. M.*. cujus amplissimum territorium una cum saluberrimis fontibus et salinis ab ipso fundatore monasterio traditum est, parochialis ab an. 1781, cum sac. 1, animabus 1258.

10. Kematen, *S. Martini, Ep.*, erecta saec. XII, cum sac. 2, anim. 2374.

11. Kirchham, *S. Laurentii, M.*, parochialis a saec. XIV. cum sac. 2, animabus 1494.

12. Magdalenenberg, *S. Magdalenae*, olim sacris peregrinationibus frequentata, parochialis ab an. 1785, cum sac. 1, animabus 472.

13. Neuhofen, *S. Matthaei*, erect. saec. IX., parochialis ab an. 1635, cum sac. 2. animabus 1453.

14. Pettenbach, *S. P. Benedicti*, erect. saec. VIII., cum. sac. 3, animabus 3421.

15. Pfarrkirchen, *S. Georgii*, erect. saec. VIII., cum sac. 2, animabus 1441. Asservatur in ea particula pretiossimi sanguinis D. N. J. C.. an. 1714 acquisita. — Huc pertinent filialis *S. Blasii* in Pruchorswang et capella privata in arce Feieregg.

16. Ried, *S. Nicolai, Ep.*, erect. et parochialis jam saec. XI., cum sac. 2, animabus 1819. Includit filiales ad *S. Jacobum* in Weigantsdorf et *B. Mariae V.* in Haslach.

17. Rohr, *B. M. V.*, olim capella priv. Dominorum de Rohr, an. 1150 monasterio tradita, parochialis ab an. 1784, cum sac. 1. animabus 585. — Ecclesia filialis ad *S. Petrum* in Oberrohr, erect. 1476.

18. Sipbachzell, *S. Michaelis. Archang.*, erect. saec. XII. Nova ecclesia extructa est gothico stylo an. 1478 in hon. *S. Margaritae* dedicata; parochialis a saec. XIV. exeunte, cum sac. 2, animabus 1455.

19. Steinkirchen, *S. Martini. Ep.*, erect. saec. IX., parochialis a saec. XI. cum sac. 2, animab. 1895. Huc spectat capella in Almeck.

20. Steinhaus, *Omnium SS. Apost.*, erect. saec. XIII., parochialis ab an. 1784, cum sac. 2, animab. 1368. Ecclesia filialis in Taxlberg.

21. Thalham, *S. Stephani, Proto-M.*, erect. saec. X., cum sac. 3, animab. 1832. Ecclesiae filiales: antiquissima basilica *S. Aegidii*; eccl. *B. M. V. assumptae* in Schauersberg, sacris peregrinationibus adhuc celebris.

22. Viechtwang, *S. Joannis, Ev.*. fundata 1146, parochialis ab an. 1159, cum sac. 3. animab. 3296. Ecclesia filialis *S. Georgii* in arce Schornstein.

23. **Vorchdorf.** *B. M. V. assumptae*, erecta saec. XII., parochialis ab an. 1248, cum sac. 3. animabus 3370. Ecclesiae filiales: *S. Bartholomaei, Ap.* in Einsiedling; *SS. Apost. Petri et Pauli*, capella in Eggenberg.

24. **Weisskirchen**, *B. M. V. assumptae*, erecta saec. XII., cum sac. 2, animabus 1210.

Ad augendum divini cultus splendorem atque excolendum cantum ecclesiasticum Fredericus I. an. 1300 ludum cantorum aperuit multaque conquisivit opera ad *musicam* spectantia, et omnes fere Abbates summam in eo collocarunt operam, ut in seminario quodam, cui ab an. 1643 nomen est "Museum," pueri in re musica tam sacra quam profana erudirentur, atque nunc certus numerus juvenum studiosorum aut gratuito aut fere gratuito hunc ad finem sustentatur. — Praeter cultum divinum et curam animarum Cremifani maxima semper cura impendebatur juventuti diligentissime educandae atque instituendae. Itaque jam tempore Abbatis Alrami I. (1093–1121) schola claustralis commemoratur ab exteris quoque frequentata; anno tandem 1549 per Gregorium Lechner, Abbatem, aperiuntur scholae latinae sive Gymnasium, quod Abbas Placidus ita auxit, ut theologiam, philosophiam atque linguas orientales curaret tradendas. Praeprimis auspiciis Alexandri III. Abbatis (1731–1759) literarum studium floret vigetque; augetur in Gymnasio, quod tunc temporis sex erat classium, numerus magistrorum; instituitur an. 1739 "Lyceum," in quo ex cathedra traditur logica, metaphysica, mathematica; "Museum" amplificatur; conditur "Academia Nobilium," in qua docentur disciplinae theologiae ac jurisprudentiae; *specula quoque astronomica* exstruitur. — Academia, pro cujus incremento nullis parcebatur impensis, temporum iniquitate exstincta est an. 1789; imo ipsum monasterium, ut erat illius aetatis inclinatio, ne jamjam e vivis tolleretur vix decreto Imperatoris benevolentissimo prohibitum est an. 1788. In Academiae locum auctore Francisco I., Austriae Imperatore, an. 1804 substituitur "Convictus" adolescentium studiosorum, ubi hoc anno 1879, uno directore et quattuor praefectis administrantibus, 80 alumni sustentantur, erudiuntur, reguntur. — Gymnasium et Liceum, quae temporum decursu varias formas induebant, ex nova studiorum ratione, an. 1850 coaluerunt in Gymnasium superius et inferius octo classium, an. 1879 frequentatur a 333 discipulis, regitur ab uno directore et 18 professoribus iisque omnibus monasterii capitularibus. — Specula illa astronomica, per Abbatem Alexandrum III. educta, omnibus abhinc Abbatibus magnae curae erat; est enim

locupletissime et magnificentissime instructa omnibus illis, quae ad rem astronomicam, physicam, historiam naturalem pertinent, ita ut observatorii director ejusque adjunctus habeant quod universitatis literariae postulatis juste satisfaciat; accedit quod in hac ipsa specula institutum est observatorium magneticum et metereologicum, pretiosissimis instrumentis expeditum.

Bibliotheca denique, armamentarium illud monasterii necessarium, thesauros amplissimos continet pro ingeniis in omnibus scientiarum disciplinis excolendis. Inter fautores egregios Abbas Fredericus I. (1273–1325) adeo excellit, ut "Pater bibliothecae" appellatus sit. Nunc continet bibliotheca, quae a bibliothecario ejusque adjuncto administratur, voluminum plus 70,000; vetusta manuscripta 1700; incunabula, in quibus rarisima extant, 1900; insuper in specula astronomica asservantur voluminum circiter 10,000 continentium res astronomicas, mathematicas, historiam naturalem; ad juvenum studiosorum et professorum separatim exstat "bibliotheca gymnasialis" voluminum 4400.

MONACHI:

Reverendissimus et Amplissimus Dominus, D. COELESTINUS GANGLBAUER,

Abbas,

in serie Abbatum LXIX. a Thanstetten Austr. super. nat. 20. Aug. 1817, sol. prof. 25. Aug. 1842, sac. 22. Jul. 1843, Abbas electus 19. Apr. 1876, postridie infula decoratus; Austriae Imperatoris et Episcopi Lincensis Consiliarius; inclyti Imperial. Austr. Ord. Francisci Josephi Commendator; Optimat. curiae in comit. Imper. ad dies vitae sodalis a S. C. R. A. Majestate denominatus; Perill. Praelatorum provinciae Austr. super. Primas; Convictus et C. R. Gymnasii Cremifa. Patronus; C. R. societ. oecon. Austr. super. Praeses; Musei Franc.-Lincii sodalis.

2. Adm. R. P. Sigismundus Felloeker,

Prior,

a Neuhofen Austr. nat. 19. Feb. 1816, sol. prof. 23. Sept. 1839, sac. 25. Jul. 1840.

3. Pl. R. P. Lucas Assam,

Subprior,

a Rottenmann Styriae nat. 13. Jun. 1813, sol. prof. 22. Sept. 1835, sac. 30. Jul. 1836.

4. R. P. Theophilus Hormbauer,

a S. Ulrich Austr. nat. 3. Oct. 1809 sol. prof. 22. Sept. 1834, sac. 25. Jul. 1835.

5. R. P. Constantinus Grinzenberger,

a Seisenburg Austr. nat. 4. Sept. 1812, sol. prof. 22. Sept. 1836, sac. 18. Mart. 1837.

6. R. P. Gerardus Schmirdorfer,

a Muenzkirchen Austr. nat. 18. Dec. 1812, sol. prof. 21. Sept. 1837, sac. 25. Jul. 1838.

7. R. P. Benno Fuchs,

ab Oehling Austr. nat. 3. Maj. 1813, sol. prof. 24. Sept. 1838, sac. 15. Jul. 1839.

8. R. P. Columbanus Fruhwirth,

a Lasberg Austr. nat. 1. Nov. 1813, sol. prof. 24. Sept. 1838, sac. 15. Jul. 1839.

9. R. P. Edmundus Forsthuber,

a Gruenburg Austr. nat. 26. Nov. 1811, sol. prof. 22. Sept. 1836, sac. 18 Mart. 1837.

10. R. P. Raymundus Gundhold,

ab Hall Austr. nat. 8. Jun. 1815, sol. prof. 23. Sept. 1839, sac. 25. Jul. 1840.

11. R. P. Florianus Wimmer,

a Steinhaus Austr. nat. 22. Sept. 1816, sol. prof. 29. Sept. 1840, sac. 24. Jul. 1841.

12. R. P. Victorinus Berndl,

a Viechtenstein Austr. nat. 1. Nov. 1816, sol. prof. 29. Sept. 1840, sac. 24. Jul. 1841.

13. R. P. Amandus Baumgarten,

a Passavia Bavar. nat. 31. Dec. 1819, sol. prof. 24. Aug. 1843, sac. 15. Jul. 1844.

14. R. P. Ernestus Wurm,

a Kematen Austr. nat. 13. Jan. 1820, sol. prof. 27. Dec. 1845, sac. 18. Jul. 1846.

15. R. P. Romualdus Lang,

a Wels Austr. nat. 12. Oct. 1821, sol. prof. 27. Aug. 1845, sac. 18. Jul. 1846.

16. R. P. Aloysius Kerschischnigg,

a Laibach Illyriae nat. 13. Dec. 1822, sol. prof. 27. Aug. 1845, sac. 18. Jul. 1846.

17. R. P. Eduardus Billau,

a Lincio Austr. nat. 12. Oct. 1822, sol. prof. 20. Aug. 1846, sac. 25. Jul. 1847.

18. R. P. Bertholdus Troester,

a Grossenzersdorf Austr. nat. 10. Nov. 1822, sol. prof. 20. Aug. 1846, sac. 25. Jul. 1847.

19. R. P. Conradus Weiss,

a Bruenn Morav. nat. 12. Oct. 1824, sol. prof. 13. Jun. 1848, sac. 19. Jun. 1848.

20. R. P. Ignatius Schuech,

a Kornitz Morav. nat. 1. Maj. 1823, sol. prof. 4. Aug. 1847, sac. 19. Jun. 1848.

21. R. P. Gabriel Strasser,

a Waldzell Austr. nat. 13. Feb. 1824, sol. prof. 13. Jun. 1848, sac. 20. Jul. 1848.

22. R. P. Bruno Kyrle,

a Scheerding Austr. nat. 7. Oct. 1825, sol. prof. 31. Maj. 1849, sac. 23. Jul. 1849.

23. R. P. Ambrosius Kindlinger,

a Muenzkirchen Austr. nat. 23. Jan. 1824, sol. prof. 7. Aug. 1849, sac. 22. Jul. 1850.

24. R. P. Leonardus Achleuthner,

a Cremifano Austr. nat. 10. Jan. 1826, sol. prof. 7. Aug. 1849, sac. 22. Jul. 1850.

25. R. P. Mauritius Stoeger,

a Pennewang Austr. nat. 9. Dec. 1824, sol. prof. 7. Aug. 1849, sac. 22. Jul. 1850.

26. R. P. Claudius Viehaus,

a Kremsmuenster Austr. nat. 28. Dec. 1827, sol. prof. 15. Aug. 1850, sac. 23. Jul. 1851.

27. R. P. Martinus Mayrhofer,

ab Hall Austr. nat. 29. Aug. 1829, sol. prof. 25. Aug. 1851, sac. 22. Aug. 1852.

28. R. P. Petrus Klinglmayr,

a Sipbachzell Austr. nat. 15. Dec. 1829, sol. prof. 22. Aug. 1854, sac. 29. Jul. 1855.

29. R. P. Bernardus Schuech,

a Kornitz Morav. nat. 12. Oct. 1830, sol. prof. 22. Aug. 1854, sac. 29. Jul. 1855.

30. R. P. Raphael Stingeder,

Magister Novitiorum,

a Gallneukirchen Austr. nat. 1. Sept. 1831, sol. prof. 22. Aug. 1854, sac. 29. Jul. 1855.

31. R. P. Joachim Achleuthner,

a Kremsmuenster Austr. nat. 4. Sept. 1831, sol. prof. 28. Aug. 1855, sac. 27. Jul. 1856.

32. R. P. Basilius Wiesinger,

a Gallspach Austr. nat. 22. Sept. 1831, sol. prof. 28. Aug. 1855, sac. 27. Jul. 1856.

33. R. P. Gunther Mayrhofer,

ab Egendorf Austr. nat. 12. Oct. 1834, simpl. prof. 29. Sept. 1857, sol. 29. Aug. 1858, sac. 31. Jul. 1859.

34. R. P. Placidus Neubaur,

a Rosenberg Bohem. nat. 7. Aug. 1833, simpl. prof. 29. Sept. 1857, sol. 29. Aug. 1858, sac. 31. Jul. 1859.

35. R. P. Fredericus Schmid,

a Nussbach Austr. nat. 12. Sept. 1834, simpl. prof. 29. Sept. 1857, sol. 8. Sept. 1859, sac. 29. Jul. 1860.

36. R. P. Severinus Fabiani,

a Neustadtl Illyr. nat. 20. Mart. 1837, simpl. prof. 29. Sept. 1857, sol. 8. Sept. 1859, sac. 29. Jul. 1860.

37. R. P. Wolfgangus Dannerbaur,

a Kremsmuenster Austr. nat. 12. Sept. 1835, simpl. prof. 29. Sept. 1857, sol. 29. Dec. 1860, sac. 28. Jul. 1861.

38. R. P. Alanus Preinfalk,

a Kremsmuenster Austr. nat. 10. Aug. 1837, simpl. prof. 29. Sept. 1857, sol. 29. Dec. 1860, sac. 28. Jul. 1861.

39. R. P. Isidorus Kurz,

a Mueglitz Morav. nat. 12. Jun. 1835, simpl. prof. 2. Sept. 1858, sol. 5. Sept. 1861, sac. 20. Sept. 1861.

40. R. P. Aegidius Haydvogl,

a Weisskirchen Austr. nat. 11. Dec. 1836, simpl. prof. 2. Sept. 1858, sol. 5. Sept. 1861, sac. 27. Jul. 1862.

41. R. P. Paulus Proschko,

a Schwarzbach Bohem. nat. 4. Jun. 1837, simpl. prof. 2. Sept. 1858, sol. 5. Sept. 1861, sac. 27. Jul. 1862.

42. R. P. Georgius Huemer,

a Gruenau Austr. nat. 14. Jun. 1837, simpl. prof. 2. Sept. 1858, sol. 5. Sept. 1861, sac. 27. Jul. 1862.

43. R. P. Rudolphus Vater,

a Lincio Austr. nat. 5. Jun. 1838, simpl. prof. 2. Sept. 1858, sol. 5. Sept. 1861, sac. 27. Jul. 1862.

44. R. P. Lambertus Guppenberger,

a S. Marienkirchen Austr. nat. 5. Jan. 1839, simpl. prof. 1. Sept. 1859, sol. 4. Sept. 1862, sac. 26. Jul. 1863.

45. R. P. Alexander Oberneder,

a Gruenau Austr. nat. 4. Mart. 1839, simpl. prof. 1. Sept. 1859, sol. 4. Sept. 1862, sac. 26. Jul. 1863.

46. R. P. Ferdinandus Lugmayr,

a Neuhofen Austr. nat. 19. Aug. 1839, simpl. prof. 31. Aug. 1860, sol. 26. Sept. 1863, sac. 31. Jul. 1864.

47. R. P. Hugo Schmid,

a Pfarrkirchen Austr. nat. 22. Nov. 1840, simpl. prof. 21. Aug. 1861, sol. 29. Sept. 1864, sac. 30. Jul. 1865.

48. **R. P. Philibertus Landerl,**

a Sierning Austr. nat. 6. Apr. 1840, simpl. prof. 21. Aug. 1861, sol. 29. Sept. 1864, sac. 30. Jul. 1865.

49. **R. P. Colomannus Wagner,**

a Scheerding Austr. nat. 7. Nov. 1841, simpl. prof. 21. Aug. 1861, sol. 29. Sept. 1864, sac. 30. Jul. 1865.

50. **R. P. Gregorius Peterleithner,**

a Steinerkirchen Austr. nat. 13. Jun. 1840, simpl. prof. 21. Aug. 1861, sol. 29. Sept. 1864, sac. 30. Jul. 1865.

51. **R. P. Engelbertus Teufelberger,**

a Steinerkirchen Austr. nat. 24. Oct. 1840, simpl. prof. 1. Sept. 1862, sol. 14. Sept. 1865, sac. 29. Jul. 1866.

52. **R. P. Guilielmus Obermayr,**

ab Enns Austr. nat. 23. Aug. 1841, simpl. prof. 1. Sept. 1862. sol. 14. Sept. 1865, sac. 29. Jul. 1866.

53. **R. P. Erenbertus Gerstmayr,**

ab Haidershofen Austr. nat. 15. Apr. 1842, simpl. prof. 1. Sept. 1862, sol. 14. Sept. 1865, sac. 29. Jul. 1866.

54. **R. P. Augustinus Rauch,**

a Kremsmuenster Austr. nat. 28. Jan. 1844, simpl. prof. 1. Sept. 1862, sol. 14. Sept. 1865, sac. 29. Jul. 1866.

55. **R. P. Othmarus Leser,**

a Wels Austr. nat. 4. Sept. 1841, simpl. prof. 1. Sept. 1863, sol. 13. Sept. 1866, sac. 28. Jul. 1867.

56. **R. P. Carolus Sommer,**

a Raab Austr. nat. 12. Feb. 1842, simpl. prof. 1. Sept. 1863, sol. 13. Sept. 1866, sac. 28. Jul. 1867.

57. **R. P. Dominicus Roiter,**

a Pachmanning Austr. nat. 8. Jul. 1841, simpl. prof. 3. Sept. 1864, sol. 5. Sept. 1867, sac. 26. Jul. 1868.

58. **R. P. Meinradus Berghammer,**

a Steinerkirchen Austr. nat. 29. Jan. 1844, simpl. prof. 3. Sept. 1864, sol. 5. Sept. 1867, sac. 26. Jul. 1868.

59. R. P. Adolphus Haasbauer,

a Steyr Austr. nat. 21. Jun. 1844, simpl. prof. 3. Sept. 1864, sol. 5. Sept. 1867, sac. 26. Jul. 1868.

60. R. P. Corbinianus Mayrhofer,

a Kirchdorf Austr. nat. 12. Aug. 1844, simpl. prof. 3. Sept. 1864, sol. 5. Sept. 1867, sac. 26. Jul. 1868.

61. R. P. Adalbertus Ziegler,

a Kremsmuenster Austr. nat. 20. Apr. 1845, simpl. prof. 3. Sept. 1864, sol. 5. Sept. 1867, sac. 26. Jul. 1868.

62. R. P. Agapitus Katzinger,

a Kremsmuenster Austr. nat. 13. Jan. 1847, simpl. prof. 2. Sept. 1865, sol. 18. Maj. 1869, sac. 25. Jul. 1869.

63. R. P. Richardus Kohlendorfer,

a Hall Austr. nat. 6. Apr. 1844, simpl. prof 25. Aug. 1866, sol. 9. Sept. 1869, sac. 31. Jul. 1870.

64. R. P. Sebastianus Mayr,

a Steinerkirchen Austr. nat. 20. Jan. 1845, simpl. prof. 25. Aug. 1866, sol. 9. Sept. 1869, sac. 31. Jul. 1870.

65. R. P. Thassilo Lehner,

a Kematen Austr. nat. 23. Maj. 1845, simpl. prof. 25. Aug. 1866, sol. 9. Sept. 1869, sac. 31. Jul. 1870.

66. R. P. Rupertus Viehaus,

a Kremsmuenster Austr. nat. 14. Aug. 1846, simpl. prof. 25. Aug. 1866, sol. 9. Sept. 1869, sac. 31. Jul. 1870.

67. R. P. Mathias Fuerlinger.

a Weisskirchen Austr. nat. 3. Jan. 1845, simpl. prof. 25. Aug. 1867, sol. 15. Sept. 1870, sac. 30. Jul. 1871.

68. R. P. Joannes Evang. Geistberger,

a Sipbachzell Austr. nat. 25. Dec. 1847, simpl. prof. 3. Sept. 1869, sol. 12. Sept. 1872, sac. 27. Jul. 1873.

69. R. P. Vincentius Thalhammer,

a Kirchdorf Austr. nat. 24. Mart. 1848, simpl. prof. 3. Sept. 1869, sol. 12. Sept. 1872, sac. 27. Jul. 1873.

70. R. P. Anselmus Pfeiffer,

a Spital Austr. nat. 12. Sept. 1848, simpl. prof. 3. Sept. 1869, sol. 12. Sept. 1872, sac. 27. Jul. 1873.

71. R. P. Norbertus Metz,

a Lincio Austr. nat. 19. Sept. 1849, simpl. prof. 2. Sept. 1870, sol. 26. Maji 1874, sac. 26. Jul. 1874.

72. R. P. Benedictus Kaip,

a Pfarrkirchen Austr. nat. 5. Dec. 1848, simpl. prof. 2. Sept. 1872, sol. 6. Sept. 1875, sac. 30. Jul. 1876.

73. R. P. Maurus Gabriel,

a Schwartzbach Bohem. nat. 29. Feb. 1852, simpl. prof. 2. Sept. 1872, sol. 6. Sept. 1875, sac. 30. Jul. 1876.

74. R. P. Udalricus Steindlberger,

ab Eberstallzell Austr. nat. 23. Mart. 1853, simpl: prof. 2. Sept. 1872, sol. 6. Sept. 1875, sac. 30. Jun. 1876.

75. R. P. Julianus Hauer,

a Koenigswiesen Austr. nat. 30. Jan. 1853, simpl. prof. 2. Sept. 1872, sol. 2. Sept. 1876, sac. 29. Jul. 1877.

76. R. P. Silvester Schachner,

a Schardenberg Austr. nat. 3. Sept. 1853, simpl. prof. 2. Sept. 1873, sol. 22. Maj. 1877, sac. 29. Jul. 1877.

77. R. P. Romanus Ganglbauer,

a Thanstetten Austr. nat. 4. Dec. 1853, simpl. prof. 2. Sept. 1873, sol. 2. Sept. 1876, sac. 29. Jul. 1877.

78. R. P. Stephanus Ehrengruber,

a Thalham Austr. nat. 22. Mart. 1853, simpl. prof. 7. Nov. 1874, sol. 11. Jun. 1878, sac. 28. Jul. 1878.

FRATRES CLERICI:

1. R. Fr. Hermannus Haasbauer,

a Steyr Austr. nat. 22. Aug. 1854, simpl. prof. 2. Sept. 1875, sol. 7. Sept. 1878.

2. R. Fr. Maximilianus Schwediauer,

a Weisskirchen Austr. nat. 21. Maj. 1853, simpl. prof. 18. Aug. 1876, sol. —— 1879.

3. R. Fr. Franciscus Schwab,

a Siegėrtshaft Austr. nat. 14. Mart. 1855, simpl. prof. 23. Sept. 1876, sol. —— 1879.

4. R. Fr. Thomas Kuhl,

a Wels Austr. nat. 15. Dec. 1856, simpl. prof. 28. Aug. 1877.

5. R. Fr. Theodoricus Braun,

a Scheibbs Austr. nat. 29. Maj. 1858, simpl. prof. 28. Aug. 1877.

6. R. Fr. Carolomannus Seybald,

a Melk Austr. nat. 30. Oct. 1856, simpl. prof. 28. Aug. 1877.

7. R. Fr. Gotthardus Pirklbauer,

a Reichenthal Austr. nat. 10. Maj. 1853, simpl. prof. 16. Aug. 1878.

8. R. Fr. Antonius Kreutzer,

ab Hirschbach Austr. nat. 24. Maj. 1858, simpl. prof. 4. Oct. 1878.

9. R. Fr. Coelestinus Kogler,

a Poestlingberg Austr. nat. 17. Jun. 1857, simpl. prof. 9. Feb. 1879.

10. R. Fr. Leo Kriz,

a Nachod Bohem. nat. 26. Maj. 1859, simpl. prof. 16. Apr. 1879.

11. R. Fr. Aemilianus Mayer,

a Lincio Austr. nat. 3. Jul. 1857, simpl. prof. —— 1879.

12. R. Fr. Pius Spreitzer,

a Gunskirchen Austr. nat. 31. Mart. 1858, simpl. prof. —— 1879.

13. R. Fr. Hieronymus Volkmann,

a Prag Bohemiae nat. 12. Oct. 1859, simpl. prof. —— 1879.

14. R. Fr. Henricus Gusenbauer,

a Katsdorf Austr. nat. 15. Apr. 1858, simpl. prof. —— 1879.

15. R. Fr. Josephus Sammer,
ab Atzbach Austr. nat. 20. Jan. 1858, simpl. prof. —— 1879.

16. R. Fr. Marianus Fischbaeck,
a Schwarzbach Bohem. nat. 9. Dec. 1857, simpl. prof. —— 1879.

Necrologium ab anno 1866.

Obierunt anno aetatis, professionis, sacerdotii:

1866,	6. Jan.	R. P. Joannes Nep. Keil,	aet. 80,	prof. 56,	sac. 55.
“	24. Feb.	“ Andreas Reitter,	“ 60,	“ 33,	“ 32.
“	19. Sept.	Pl. R. P. Marian. Koller,	“ 74,	“ 45,	“ 45.
1867,	19. Jan.	R. P. Julianus Steyrer,	“ 39,	“ 15,	“ 14.
“	28. Apr.	“ Ans. Kemetmueller,	“ 71,	“ 45,	“ 44.
“	12. Jul.	“ Vincent. Fohringer,	“ 57,	“ 30,	“ 29.
“	29. Dec.	“ Aemilianus Eder,	“ 58,	“ 34,	“ 33.
1868,	7. Oct.	Pl. R. P. N. Mittermayr,	“ 74,	“ 48,	“ 48.
“	22. Dec.	R. P. Stephanus Schima,	“ 42,	“ 19,	“ 19.
1869,	26. Feb.	Pl. R. P. Leo Langthaller,	“ 74,	“ 46,	“ 46.
“	20. Mart.	R. P. Sylv. Baumgarten,	“ 80,	“ 56,	“ 56.
“	2. Sept.	“ Nicolaus Digl,	“ 82,	“ 59,	“ 59.
“	26. Oct.	Pl. R. P. Maurus Sieberer,	“ 63,	“ 38,	“ 37.
1870,	13. Feb.	R. P. Udalricus Auboeck,	“ 43,	“ 19,	“ 18.
“	10. Mart.	“ Ildephonsus Schmid,	“ 50,	“ 26,	“ 26.
“	16. Nov.	“ Romanus Schmirer,	“ 60,	“ 36,	“ 35.
1871,	7. Jan.	“ Leopoldus Kopp,	“ 62,	“ 39,	“ 38.
“	31. Maj.	“ Benedict. Kittinger,	“ 79,	“ 50,	“ 50.
1872,	15. Apr.	Pl. R. P. Jacob Leeb,	“ 83,	“ 58,	“ 58.
“	18. Jun.	R. P. Phil. Spinnesberger,	“ 63,	“ 37,	“ 36.
“	29. Aug.	Revmus. D. D. Theodoricus Hagn, Abbas Lambacens. (infra).			
1873,	30. Mart.	R. P. Gotthard. Lehner,	aet. 28,	prof. 4,	sac. 4.
“	11. Apr.	“ Thomas Andorfer,	“ 35,	“ 9,	“ 8.
“	14. Jul.	“ F. S. Weidecker,	“ 85,	“ 61,	“ 61.
1874,	30. Mart.	“ Hermann. Patzalt,	“ 54,	“ 28,	“ 27.
“	4. Jul.	“ Marcus Holter,	“ 62,	“ 39,	“ 38.
“	5. Dec.	Pl. R. P. M. Kerschbaum,	“ 69,	“ 41,	“ 40.
1875,	15. Feb.	R. P. Cajetan. Lehner,	“ 49,	“ 25,	“ 24.

1875, 29. Sept.	Revmus et Ampliss. D. D. Augustinus Reslhuber, Abbas, obiit an. aet. 67, prof. 43, sac. 42, abb. dignitatis 15.				
" 5. Dec.	R. P. Joseph Umdasch,	aet. 69,	prof. 46,	sac. 45.
1876, 3. Maj.	" Beda Piringer,	" 65,	" 40,	" 39.
" 14. Maj.	Pl. R. P. Henric. Hassak,	" 87,	" 63,	" 63.
" 17. Dec.	R. P. Hiero. Lettenmayr,	" 59,	" 36,	" 35.
1877, 31. Jan.	" Oddo Schima,	" 54,	" 32,	" 31.
1879, 31. Oct.	" Robertus Lettmayr,	" 38,	" 13,	" 12.
" 24. Nov.	" Wisintho Hartlauer,	" 53,	" 10,	" 9.

ABBATIA S. MICHAELIS ARCHANG., APUD BEURN, ARCHIDIOEC. SALISBURGENS.

Inscriptio epist.: Hochw. Benedictiner-Abtei Michelbeurn, Salzburg, Oesterreich.

Primi hujus coenobii religiosi, testante historia domestica, ex abbatia S. Stephani in Otting. Bav.. circ. an. 757 a Guntharo, comite Chiemgoviensi fundata, per eundem c. 785 huc traducti sunt. Monasterium ab Hungaris (907-23) devastatam per Hartwicum, comitem Palatinum (966-70) restitutum, a Sigehardo, patriarcha Aquilejensi, qui et ecclesiam consecravit, coenobio monialium, haud longe durante, est ampliatum 1072. Series Abbatum a Werigando, quem jam antecessores nostri pie crediderunt *beatum*, i. e. ab anno 1072 sine notabili interruptione usque in hodiernam diem protenditur. Quorum sub regimine monasterium, certe non magnum, vicissitudines varias subiit, sed Deo propitio servabatur. Trutone Abbate claustrum gubernante vir quidam, Magins nomine. "ecclesiam Linterbach (Lauterbach) cum dote pariter delegavit super aram S. Michaelis Arch. in Biwern ea nimirum ratione, quatenus ipsa ecclesia divino officio procuretur ab eodem ipso monasterio, consentiente in idipsum parochiano presbytero suo n. Wisitone, et Chunrado Saltzeburg. Archiep." Quae ecclesia parva, in vicina parochia (Berndorf) sita, a Regimberto, Episcopo Brixiensi, 1130 consecrata est. Decursu temporum monasterio cura Abbatum sive procerum pedetentim 7 parochiae unitae sunt, ut infra ostendetur. Eodem Abbate coenobium gubernante Innocentius PP. II. bullam confirmationis tutelaeque ei 1137 benignissime largitus est. Similiter fecerunt Gregorius PP. IX. an. 1231 et

1232, Conrado I. Abb., et Bonifacius PP. IX. an. 1393, Nicolao I. Abb. Maximilanus I. quoque Imperator an. 1497 confirmationis instrumentum monasterio, Erasmo Abb., dedit. — Anno 1138 Ita I. comitissa de Purchusen (Burghausen), Lotharii Imperatoris soror, monasterio duas vineas apud Wachawe (Wachau) in Austria inferiore donavit. — Inter calamitates majores monasterii trinum incendium hostile annis 1249, 1267, et imprimis 1364, Marchwardo de Haunsberg Abb., nominamus. Reaedificationi Abbates sequentes operam dederunt specialiter Henricus IV., Gregorius, Maurus, Emmeramus, Joannes, Martinus I., Wolfgangus II. et Udalricus IV. — Anno 1374 ecclesia claustralis per Fridericum, Episcopum Chiemensem, est reconsecrata. — Annis 1434, 1452 et saepius Visitatores in monasterio apparuerunt. — Usum pontificalium synodus Basileensis 1449 Udalrico II. Abbati et successoribus concessit, quod privilegium 1442 est confirmatum. Anno 1484 Jacobus Feuchtinger, Abbas, a Bartholomaeo de Marschy, legato pontificio in Germania, facultatem paramentorum vasorum que, calicibus exceptis, consecrandorum obtinuit. — A sic dictae reformationis malis Abbatia et praecipue parochia nostra in Austria superiore non intacta manebat (c. 1547 et 1580), sed zelo sincero, quo Austriae imperatores gentes suas in fide catholica conservare studebant, factum est, ut res paulatim in priorem statum restituerentur. Monasterium, postquam saec. XV. ad finem vergente ob rem oeconomicam haud modice perturbatam ultra triginta annos, 1592 — 1627, sub administratione esset, rebus aliquatenus compositis, cura et vigilantia Abbatum e professis domesticis denuo electorum, scil. Michaelis, Aemiliani, Josephi, Placidi II. et Martini II. valde florere coepit. Anno 1661 praedium nobilium Noppingensium in Perwang emptione est acquisitum. Anno 1669 corpus S. Felicis M. per Rev. Fr. Eusanium ab Aquila, Ord. Erem. S. Aug., Sacrarii papalis praefectum, Michaeli Abbati donabatur. Solemnitas translationis hujus s. corporis adhuc quotannis celebratur. — Antonius Abbas (1765 — 83) fere quartam aedificiorum claustralium partem ab integro aedificavit aut splendide restauravit. Sed et *studia* a Benedictinis Michael - Buranis non negligebantur. Nam praeterquam quod in monasterio schola claustralis interna et externa viguit, cujus origines saec. XIII. probatos invenies, et schola puerorum claustralis adhuc viget, ex nostro quoque monasterio Universitati literarum in metropoli Salisburgensi 1623 erectae et curae Benedictinorum demandata membra adnumerabantur. Postquam institutum hoc (1810) suppressum est, in classibus Gymnasii non, ut antea, ex 40 monasteriis, sed solum-

modo ex duabus Abbatiis S. Petri Salisburgi et S. Michaelis Burae professores instituebantur, ut juventuti studiosae operam navarent (1817). Demum anno 1863 haec schola ad normam aliorum gymnasiorum Caes. Reg. est instituta. — Sicut jam a primis temporibus ita et nunc sacerdotes in *animarum cura* aut propria aut in subsidium vocati laborant, aut officiis domesticis occupantur.

MONACHI:

Reverendissimus et Amplissimus Dominus, D. FRIDERICUS KOENIGSBERGER,

Abbas,

in serie abbatum IL., archiep. Salisburg. Consiliarius, etc., a Salisburgo, nat. 29. Mart. 1823, sol. prof. 1. Oct. 1848, sac. 1. Aug. 1849, abbas elect. 16. Sept. 1876, benedictus 29. Oct. 1876.

2. Adm. R. P. D. Rupertus Strutzmann,

Prior et Mag. Novitiorum,

a S. Paternione Carinthiae, nat. 22. Jan. 1815, sol. prof. 29. Sept. 1839, sac. 31. Jul. 1841.

3. R. P. D. Henricus Schwarz.

Subprior,

a Saalfelden Salisburgi, nat. 24. Apr. 1819, sol. prof. 24. Sept. 1843, sac. 1. Aug. 1844.

4. R. P. Virgilius Etl,

Senior, a Juvavia, nat. 4. Dec. 1811, sol. prof. 29. Sept. 1835, sac. 31. Jul. 1836.

5. Adm. R. P. D. Gregorius Moedlhammer.

Prior Muellnensis, a Juvavia, nat. 29. Sept. 1811, sol. prof. 29. Sept. 1836, sac. 31. Jul. 1838.

6. R. P. Joseph Resch,

a Deutsch-Reichenau Bohemiae, nat. 20. Jan. 1811, sol. prof. 29. Sept. 1837, sac. 31. Jul. 1838.

7. R. P. Ferdinandus Paischer,

a Moosdorf Austriae, nat. 16. Dec. 1823, sol. prof. 1. Oct. 1848, sac. 1. Aug. 1849.

8. R. P. Ludovicus Vockenhuber,

a Timmelkam Austriae, nat. 30. Dec. 1825, sol. prof. 8. Sept. 1852, sac. 1. Aug. 1853.

9. R. P. Maximilianus Thalhammer,

a Juvavia, nat. 9. Oct. 1834, simpl. prof. — Sept. 1857, sol. prof. 29. Jun. 1859, sac. 25. Jul. 1859.

10. R. P. Werigandus Ortner,

a Thalgau Salisburgi, nat. 16. Jun. 1831, simpl. prof. 28. Sept. 1860, sol. prof. 26. Nov. 1865, sac. 28. Jul. 1861.

11. R. P. Benedictus Hartl,

ab Echlasmuehl Bavariae, nat. 21. Apr. 1828, simpl. prof. 15. Nov. 1860, sol. prof. 21. Mart. 1866, sac. 22. Nov. 1860.

12. R. P. Nicolaus Gruendinger,

ab Hinterwollaberg Bavariae, nat. 23. Oct. 1827, simpl. prof. 18. Nov. 1860, sol. prof. 24. Nov. 1867, sac. 28. Jul. 1861.

13. R. P. Roman. Baumgartner, S. T. D.,

ab Oberndorf Salisburgi, nat. 30. Oct. 1842, simpl. prof. 4. Nov. 1864, sol. prof. 24. Nov. 1867, sac. 28. Jul. 1867.

14. R. P. Modestus Lienbacher,

a Thalgau Salisburgi, nat. 23. Jun. 1843, simpl. prof. 29. Sept. 1865, sol. prof. 1. Nov. 1868, sac. 26. Jul. 1868.

15. R. P. Wolfgangus Stockhammer,

a Michaelbeuren Salisburgi, nat. 6. Jun. 1842, simpl. prof. 29. Sept. 1865, sol. prof. 1. Nov. 1868, sac. 26. Jul. 1868.

16. R. P. Placidus Ebster,

a Neukirchen Salisburgi, nat. 25. Feb. 1845, simpl. prof. 29. Sept. 1865, sol. prof. 1. Nov. 1868, sac. 26. Jul. 1868.

17. R. P. Alexander Sigmund,

a Neutitschein Moraviae, nat. 8. Nov. 1840, simpl. prof. 18. Oct. 1866, sol. prof. 29. Sept. 1871, sac. 28. Jul. 1867.

18. R. P. Martinus Ager,

ab Hering Tyroli, nat. 10. Jul. 1843, simpl. prof. 14. Aug. 1867, sol. prof. 14. Aug. 1870, sac. 6. Oct. 1870.

19. R. P. Felix Kohler,

ab Haeselgehr Tyroli, nat. 21. Sept. 1844, simpl. prof. 29. Sept. 1868, sol. prof. 29. Sept. 1871, sac. 25. Jul. 1871.

20. R. P. Pius Surer,

a Juvavia, nat. 18. Maj. 1853, simpl. prof. 29. Sept. 1876, sol. prof. —— 1879, diaconus 30. Oct. 1879.

FRATRES CLERICI:

Fr. Emmeramus Haid,

a Tamsweg Salisburgi, nat. 2. Jan. 1860, simpl. prof. 29. Sept. 1878.

Fr. Albertus Ortner,

ab Aschbach Austriae, nat. 6. Aug. 1858, simpl. prof. —— 1879.

Fr. Brunno Eischiel,

ab Obernberg Austriae, nat. 22. Feb. 1859, simpl. prof. —— 1879.

Bibliotheca constat circiter 20,000 voluminum.

PRIORATUS MUELLNENSIS

pendet ab hac abbatia. — Haec *parochia Muelln* in suburbio metropolis Salisburgensis cum monasterio ord. Eremitarum S. Aug. gratia Ferdinandi "Benigni" concessa est abbatiae Buranae, an. 1835. Clericatus ob studia in urbe frequentanda in hoc prioratu commoratur; numerus monachorum 6; num. animarum parochiae 3.560.

PAROCHIAE:

1. *Seewalchen,* Dioec. Lincens., incorporata an. 1135, cum. sac. 2, anim. 1810.
2. *Obersulz,* Archi-dioec. Viennen., incorporata an. 1212, cum sac. 2, anim. 1625.
3. *Dorfbeuern,* Archi-dioec. Salisburg., incorporata an. 1229, cum sac. 1. anim. 795.

4. *Lambrechtshausen*, Archi-dioec. Salisburg., incorporata an. 1241, cum sac. 3, anim. 1480. Huc pertinet eccl *B. M. V.* in *Arnsdorf* sacr. peregrinationationibus celebris.
5. *Loidesthal*, Archi-dioec. Viennen., erecta 1783, cum sac. 1, anim. 735.
6. *Peruang*, Dioec. Lincens., erecta 1786, cum sac. 1, anim. 261.

Est in monasterio *schola puerorum*, qui tam arte musica, praesertim concentus ecclesiastici, quam ingenuis studiis instituuntur.

Necrologium ab anno 1866.

Obierunt:

1866,	5. Feb.	R. P.	Udalricus Prigl,	an. prof.	29,	sac. 33.
1869,	2. Sept.	"	Godehard Priewasser,	"	36,	" 36.
"	19. Dec.	"	Michael Niederreiter,	"	12,	" 11.
1873,	5. Mart.	"	Pius Stark,	"	8,	" 12.
1874,	26. Dec.	"	Albert Answeger,	"	55,	" 51.

1876, 19. Apr. Adm. R. P. Emmeramus Gordan, eximius praedicator, prof. 34, sac. 33.

" 4. Jul. Revmus Dominus, D. Nicolaus Thalhammer, Abbas, in serie abbatum XLVIII., obiit an. prof. 50, sacerdotii 49.

ABBATIA S. MARIAE 7 DOLORUM.

APUD FIECHT (SCHWAZ) DIOEC. BRIXINEN.

Inscriptio epist.: Hochw. Benedictiner-Abtei Fiecht, Post Schwaz. Tirol, Oesterreich.

In quodam monte praecipiti vallis inferioris Oeni inter densas silvas jam *saeculo nono* extructum fuit Sanctuarium beatissimae Matris dolorosae; juxta illud nonnulii eremitae cellas suas habebant. quibus Reginbertus Episcopus Brixinensis Regulam S. P. Benedicti injunxit et annuente Innocentio Papa II. anno 1138 Abbatem imposuit. Antiquum istud coenobium, cui nomen Mons S. Georgii (Sanct Georgenberg), plures quidem donationes a regibus, a dynastis adjacentibus, ab episcopis necnon a peregrinis advenientibus accepit, sed multa damna passum est per incendia, quae labentibus saeculis quater omnia aedificia consummarunt. Anno 1705 tam

enormis fuit devastatio, ut Abbas et Conventus Asceterium in alio tutiore loco construere decernerent. Approbante auctoritate ecclesiastica et civili novum monasterium ad pedes Montis S. Georgii in pago Fiecht condiderunt anno 1706. Verum ob propriam inopiam et aliorum incuriam, nam tempora illa institutis religiosis potius invida erant, opus tumultuarium tantum pro se construxerunt Monachi, cetera imperfecta relinquentes. Tandem ab anno 1740 usque ad annum 1750 Lambertus Abbas aedificavit ecclesiam et circa annum 1785 adjuncta est turris. In mox sequenti rerum publicarum perturbatione huic Abbatiae instabat totalis ruina. Nam anno 1797 monasterium pro nosocomio militari inserviebat et anno 1807 a gubernio Bavarico Abbatia iniquo decreto exstincta est. Monachi dispersi et bona Monasterii dilapidata. Anno 1816 Franciscus I., Imperator Austriae, sub cujus dominationem Tirolensibus iterum reverti licuit, Monasterium Fiechtense antiquis incolis restituit, reditibus vero ita diminutis, ut vix paucis Monachis ad vitam sustentandam sufficerent. Misera haec conditio perduravit usque dum anno 1834, onus dignitatis abbatialis impositum est Revmo Domino Pirminio Pockstaller, qui tunc in aetate 26 annorum erat. Ultra 40 annos hoc pondus summa cura sustinuit: ejus merita paucis explicari nequeunt. Hoc tamen silentio praeterire non possumus, quod post deplorandam conflagrationem, quae 21. Jun. 1868 totum monasterium et ex magna parte ecclessiam destruxit, utrumque aedificium brevi tempore solidissime restauravit.

MONACHI:

Reverendissimus et Amplissimus Dominus,
D. ALBERTUS WILDAUER,

Abbas,

in serie Abbatum LVIII., a Fuegen, nat. 1841, simpl. prof. —— 1864, sac. 29. Jul. 1866, sol. prof. 26. Dec. 1867, electus Abbas 29. Jul. 1875.

2. Adm. R. P. Norbertus Rossi,

Prior,

a Schwaz, nat. 1815, sol. prof. 1839, sac. 1840.

3. R. P. D. Columbanus Stadler,

Subprior,

a Stans, nat. 1807, sol. prof. 1831, sac. 1832.

4. **R. P. D. Georgius Stautner,**
a Schwaz, nat. 1811, sol. prof. 1834, sac. 1835.

5. **R. P. D. Aemilianus Danner,**
a Dornbirn, nat. 1809, sol. prof. et sac. 1837.

6. **R. P. D. Alphonsus Andre,**
ab Oeniponte, nat. 1815, sol. prof. et sac. 1839.

7. **R. P. D. Placidus Diechtl,**
ab Achenkirchen, nat. 1816, sol. prof. 1839, sac. 1840.

8. **R. P. D. Joseph Oefner,**
a Rattenberg, nat. 1823, sol. prof. 1845, sac. 1846.

9. **R. P. D. Anselmus Aschbacher,**
ab Hall, nat. 1820, sol. prof. 1845, sac. 1846.

10. **R. P. D. Rupertus Bucher,**
ab Absam, nat. 1823, sol. prof. et sac. 1847.

11. **R. P. D. Bruno Rainer,**
a Mareit, nat. 1821, sol. prof. et sac. 1848.

12. **R. P. D. Romedius Weber,**
ab Hall, nat. 1824, sol. prof. et sac. 1848.

13. **R. P. D. Antonius Witschwenter,**
a Fuegen, nat. 1831, sol. prof. et sac. 1855.

14. **R. P. D. Stanislaus Domanig,**
a Sterzing, nat. 1835, sol. prof. et sac. 1864.

15. **R. P. D. Maurus Rederlechner,**
a Muehlwald, nat. 1835, sol. prof. et sac. 1864.

16. **R. P. D. Godehardus Mitterhofer,**
a Lana, nat. 1839, sol. prof. et sac. 1869.

17. **R. P. D. Gregorius Eder,**
a Zell, nat. 1850, sol. prof. et sac. 1875.

R. Fr. Benedictus Ruffinatscha,
a Taufers, nat. 1854, simpl. prof. 1878. *Clericus.*

Fr. Ansgarius Mayr,
ab Algund, nat. 1854, indut. ——. *Novitius.*

Fr. Odilo Schwaighofer,
ab Hall, nat. 1856, indut. ——. *Novitius.*

Fr. Leo Bechtler,
a Balzers, nat. 1856, indut. ——. *Novitius.*

Curam animarum

gerunt Monachi: 1. In *Parochia Achenkirchen,* ubi tres Patres commorantur. 2. In *Sanctuario Montis Sancti Georgii,* parum a Fiecht distante, ubi conventus ab initio erat; unus Pater ibi commoratur. 3. In utroque pago *Stans et Terfens,* ubi saeculo superiori ex monasterii reditibus sic dictae *curatiae* fundatae sunt. In monasterio 30 pueri variis instruuntur disciplinis. *Bibliotheca* 18,000 volumina numerat; in amplo tabulario asservantur plura pretiosa documenta antiqua, partim manuscripta, partim typis impressa.

Necrologium ab anno 1866.

Obierunt:

1868, D. Florianus Schwenninger, Missionarius in California, an. aet. 60.
" D. Henricus Hoegl, an. aet. 56.
1871, Pl. R. D. Bernardus Steinlechner, Prior, an. aet. —.
1875, Revmus D., D. Pirminius Pockstaller, Abbas, an. aet. 69.
" D. Beda Windisch, an. aet. 60.
1876, D. Benedictus Pichler, an. aet. 68.
1878, D. Thomas Mayr, an. aet. 25.
" D. Augustinus Scherer, an. aet. 60.

ARCHISTERIUM S. MARGARITÆ V.,
IN BREVNOV PROPE PRAGAM, ET
MONASTERIUM S. WENCESLAI M.,
IN BRAUNAU, BOHEMIAE.
ARCHI-DIOECESIS PRAGENSIS,
SUB UNO ABBATE CONJUNCTA,

Inscript. epist.: **Hochw. Benedictiner-Abtei S. Margarita, Brevnov bei Prag, Boehmen, Austria.**

Brevnoviense, monachorum in Bohemia coenobium antiquissimum, fundatorem veneratur *S. Adalbertum*, Episcopum Pragensem, Martyrem, et condotatorem *Boleslaum II.*, Bohemiae Ducem; auctor vero hujus fundationis fuit Joannes PP. XV. Sanctus scilicet antistes Adalbertus, inobedientem fugiens gregem suum, Romae sese abdiderat in monasterium SS. Bonifacii et Alexii, ibique jam factus monachus regulam Benedictinam fuerat professus, cum a plebe Bohema poenitente in patriam revocatur, et a Papa Joanne ad sedem suam Pragensem redire jubetur. Tunc quoque Summus Pontifex ei mandavit, ut redux secum duceret monachos ex ordine divi Patriarchae Benedicti, quibus in Bohemia monasterium condendum curaret, ut eorum piis adjutus operibus gregem suum fidentiori denuo pasceret animo. Reversus ergo cum duodecim monachis Benedictinis Ducem adit Boleslaum, quem ad opus, quod summus Pontifex volebat, perficiendum facilem invenit, ac statim collatis inter se consiliis fundaverunt ac sat large dotaverunt monasterium nostrum in *villa Brevnova* prope Pragam A. D. 993. Dedicatum fuit in honorem *SS. Bonifacii et Alexii*, et ab eadem villa sumsit nomen Brevnoviense. Novella haec Ordinis Benedictini quam grata fuerit Romano Pontifici, idem ipse Joannes XV. Bulla declaravit abbati, quem S. Adalbertus monasterio praefecerat. *Anastasio* transmissa, qua et fundationem et dotationem monasterii nostri non solum confirmavit, sed et ipsi Anastasio ejusque successoribus ampla concessit privilegia, qua monasterium quoque Brevnoviense caput et magistram constituit in correctione et reformatione disciplinae regularis super omnia claustra Ordinis Benedictini in Bohemia construenda, nec non et monasterium ipsum et omnes possessiones ejus ac subditos in protectionem posuit Beati Petri.

S. Antistes *Adalbertus*, cum populares sacrilegi iterum spretis optimi Pastoris monitis ac precibus sacras invasissent aedes, easque

impie contaminassent, brevi altera vice patriae valedicens Romam ad monasterium, unde discesserat, remigravit; aut paulo post denuo a suis repetitur, ipseque redire jamjam paratus certior factus est de trucidatis in patria fratribus suis. Videns insuper mentes procerum Bohemorum etiam a se ipso esse alienatas, Summo Pontifice approbante animum adjecit ad gentes, quae Christum nondum noverant. Selegit Borussios tunc temporis adhuc idololatras, sed parum profecit: nam vixdum advenerat evangelium eisdem praedicaturus, quum ab iis confossus inter sacrificandum martyr occubuerit A. D. 997. Interea non solis fratribus ejus, sed et omni familia *Slavnik*, ex qua S. Adalbertus ortus erat, interfectis, abbas noster *Anastasius*, qui huic familiae adhaeserat, vindictam timens hostium cum aliquot religiosis in Hungariam aufugit, ubi monasterio S. Martini condito, ejusdem factus est abbas. Ad Colocensem post evectus episcopatum beatam vitam morte finivit Sanctorum. Horum omnium laudes sacer canit Pannoniae mons.

Anno, quo Anastasius terrena cum coelestibus mutasse creditur, A. D. 1023. alter a cella Brevnoviensi monachus, *Hyzo*, in episcopum consecratur Pragensem, cui A. D. 1030 mortuo *Severus* successit, pariter Benedictinus Brevnoviensis, qui A. D. 1067 defunctus inter Beatos numeratur. Severi coaevus et paris sanctitatis vir fuit "*thaumaturgus ille Bohemiae*", *S. Procopius*, qui vita post sacram sub Hieronymo abbate emissam professionem aliquamdiu religiose in monasterio nostro traducta "ad singularem pugnam contra malignum in eremum securus descenderat", diu tamen latere non potuit. Nam ab Udalrico Bohemiae Duce in solitudine inventus, monasterio, quod post Udalricum Dux Bretislaus non procul ad fluvium Sazavam aedificavit, quamvis reluctans, praefectus est abbas A. D. 1039. in vita et post mortem (1053) miraculorum fama conspicuus. Sanctorum catalogo adscriptus est ab Innocentio III. A. D. 1204.

Plantae, quam Brevnovii sanctus plantavit Adalbertus, Deus majus in dies incrementum dedit; crescenti enim numero monachorum ille benefactorum haud impar fuit, inter quos *Bretislaus* eminet Dux, qui et monasterium, habitum religiosum petentibus angustius jam factum amplificavit, et (circa a. 1045) novam eamque majorem ibi aedificavit ecclesiam in honorem S. fundatoris Adalberti.

Illo quoque tempore "*mater*" Brevnovium procreare coepit "*filias*" dimittens monachos suos, qui aut nova conderent coenobia, aut condita habitarent. Prima Brevnovii filia est *Monasterium Rajhradiense*, in Moravia, quod dotavit idem Bohemiae Dux Bretislaus I. et Mainhardo abbati Brevnoviensi ejusque successoribus perpetuo

dedit possidendum 1048. (Rajhradium ipsum de se loquitur). Instructa filia hac Brevnovium A. D. 1056 misit colonos in *Monasterium* illud *Sazaviense*, ex quo, defuncto S. Procopio, monachi *slavici ritus* ejecti fuerant, introductusque *ritus Romanus seu latinus.*

Annus 1063 iterum monachum Brevnovii professum episcopali videt insigniri dignitate, *Joannem* sc. primum Moraviae episcopum. Hocce in candelabrum posito alius Brevnoviensis, qui antehac inter Bohemiae primates sedem habebat, *Mikules* (Nicolaus) nomine, in solitudinem se abscondit, cella sibi in districtu Reginaehradecensi constructa, regulari vero obedientia Brevnovio subjectus. Cellam hanc A. D. 1086 Vratislaus Rex in abbatiam amplificavit, cui nomen *Opatovice* dedit, quamque munificentissime dotavit, eximendam tamen curavit a jurisdictione Brevnoviensi introducens in eam monachos ex Archi-Abbatia Montis Cassini.

Sicut mater in Bohemia, ita filia in Moravia incremento non caruit. Inter alios dux Fredericus Olomucensis monasterio Rajhradiensi locum et circuitum Granice (germanice Weisskirchen) donaverat, quem frater noster Juricus (Georgius) colebat, quem tamen locum marchio Moraviae Vladislaus anno 1201 Rajhardio eripuit et Praemonstratensibus in *Hradis* dedit. Eremita Juricus dolens, terram a se excultam ad manus pervenisse alienas, migravit Bohemiam, ibique in loco solitario et deserto *Police*, quem ad fines regni hujus orientales Metava perfluit rivulus, resedit, et exstructo ibidem eremitorio silvam extirpare coepit. Labore et dolore fractus A. D. 1209 ad requiem pervenit aeternam. Haeres ejus fit *Vitalis diaconus*, qui cum aliquot sociis Brevnovio illuc missus ad cellam Jurici habitacula monachis et oratorium in honorem B. V. Mariae aedificavit, quibus fundamenta posuit monasterii A. D. 1213 ibidem exstructi. Chuno etenim abbas postquam sacellum hoc exornaverat et ecclesiastico providerat supellectili, a rege Bohemiae *Premyslao Otokaro I.* et hunc locum et amplum circuitum, necnon regionem trans montes *Steny* monasterio Brevnovinsi donari obtinuit. Tum cellas fratrum in coenobium formavit, ac statim vocatis incolis slavicis silvas ex utraque parte montium illorum exstirpavit villasque condidit. Illo quoque tempore in regione trans montes Steny oppidum *Brumov* (germanice Braunau) aedificari coeptum. Idem Otokarus rex monasterio Brevnoviensi locum donavit ad moenia civitatis Pragae minoris, in quo abbates nostri ecclesiam S. Thomae Ap. et domum aedificaverunt monachis ad ecclesiam hanc deputatis pro habitaculo aut pro futuro monasterio. Superveniente vero

voto regis Venceslai II. abbas Christianus hanc possessionem A. D. 1285 ordini tradidit eremitarum sancti Augustini.

Districtum Brumoviensem monasterium nostrum non sine gravi ac diuturna lite cum regiis, qui ibi remanserant, magistratibus possedit, neque defuere "*advocati*" et cives oppidi hujus Brumov, qui cum perfidis pagorum primariis cumque faece plebis monasterio Policensi damna intulerunt non levia, quorum aperta vis vi mutua rejicienda fuit. Rebellibus tandem devictis et captis facta est pax. Tum abbas *Bavarus*, ex illustri familia Equitum de *Nectin*, partem arcis Brumoviensis, quam ipse novam construxerat, in *monasterium* convertit *Brumoviense*, nunc Braunaviense vel Braunense dictum A. D. 1322, quod nostro Brevnoviensi incorporavit introductis ex eodem illuc monachis, quibus Praepositum praefecit. Monasterium hoc non sine singulari miserentis Dei providentia erectum credimus, nempe quod saeculis subsequentibus ibi positum fuerit refugium nostrum. Occurrit non tacendum etiam aliud momentum. A. D. 1336 Benedictus PP. XII. Bulla "Ordinationes et reformationes" declaraverat, omnia monasteria ordinis nostri in Bohemia unam constituere provinciam, praeceperatque capitula celebranda provincialia et generalia, monasteriorumque visitationem. Ne vero visitationem et reformationem differrent, idem Summus Pontifex eodem anno hanc ipsam ob rem alteram Bullam direxit ad abbates visitatores Brevnoviensem et Trebecensem. Urgens hocce mandatum nonne cognoscitur vox aeterni ipsius Pastoris clamantis: Vigilate! Sane firmandi erant in fide inque sancta vocatione patres, quorum filiis martyrium parabatur. Advenit *saeculum decimum quintum*, notissimum tum ab igne, quo paucis exceptis patriae nostrae claustra piaque diruta sunt loca, tum a sanguine, illo imprimis monachorum et monialium, quem effrenata gens Husitarum tamquam aquam fudit non tam falsis doctrinis, quam diis incitata infernis. Quasi in momento subversa sunt Ordinis nostri monasteria haec:

1. ad S. Joannem Bapt. in insula Moldavae prope Pragam; 2. Sazaviense; 3. Opatovicense; 4. Vilemoviense; 5. In porta Apostolorum unacum eorundem praeposituris; 6. Podlacense; 7. S. Ambrosii monachorum et 8. ad S. Spiritum monialium Pragae; 9. Parthenonque Teplicense; 10. Emautino — Montserratense Pragae et 11. Kladrubiense haeretici occuparunt et in castra verterunt, nostrum vero Brevnoviense pariter spoliaverunt et succenderunt 22. Maji 1420. Tunc plures fratrum nostrorum, qui in monasterio remanserant, ferro et flammis consumi, alii capti Pragae igni traditi fuerunt: abbas vero Nicolaus cum nonnullis monachorum fuga

opportuna in monasterium Braunense, alii Rajhradium ex praesenti se servaverunt periculo. Policense monasterium haeretici quidem aggressi sunt monachique dispersi, — ex quo s. ibi chorus conticuit usque in saeculum decimum octavum, — sed neque in eo, neque in Braunaviensi praevaluerunt districtu, quinimo repulsi aufugerunt, relictis tamen et ibi furoris sui vestigiis.

Brevnoviensi diruto abbates in Braunensi residerunt monasterio, matrem attamen nequaquam neglexerunt. Joannes I. (1449–1460) ut unus alterque monachus ad rudera, in quibus ab hac clade Brevnovium per saecula jacebat, Jeremiae saltem fungi possent officio, ecclesiam aliquatenus restauravit, et fratribus qualecunque adaptavit domicilium; erecta dein ibidem Praepositura. Triste post bellum Husiticum arma quidem composita, sed patriae, religioni ac clero pacem veram datam non fuisse, sicut alii multi et *Gregorius III.*, ab anno 1481 abbas, experiri debuit, quem haeretici religionis odio 1483 prope Cnotibor Boh. trucidarunt; testantur id ipsum monasteriis nostris semper infesti cives Braunenses et Policenses tum maxime, cum nova Lutheri doctrina libidinibus vulgi et ipsius habendi cupidini apprime accomodata, tempore suo eis quoque illuxerat. Restitit eis novaeque sectae abbas noster *Wolfgangus* (1602–1621), qui strenuus fidei defensor, jurium quoque ecclesiae tenacissimus pro muro domui Dei se ponere non timuit. Propterea a sectae hujus asseclis, qui et publicam sibi vindicaverant potestatem, proscriptus exulare coactus est, ac in exilio mortuus. Bello nunc jam exorto triginta annorum, quod in multis videre dedit scelera saeculi decimi quinti, familia nostra Braunensis innumerabilia mala est perpessa: qualis vero fide fuerit et pietate, *Matthaeus Sobek a Bilenberg* nobis dicat, qui s. regulam 1636 Braunae professus primo praeposituræ praefuit Rajhradiensi, factus dein abbas s. Nicolai Vetero-Pragae, regimen simul obtinuit monasterii S. Joannis sub rupe, quique dioecesi Reginaehradecensi primus datus et consecratus episcopus, archiepiscopalem tandem sedem Pragensem conscendere meruit.

Patriae nostrae interim per victoriam in *Monte Albo* catholica religione servata, animus manusque diriguntur ad conventum monasticum Brevnovii denuo formandum et Deo propitio factum est, ut A. D. 1674 post tam diuturnum (per 254 annos) silentium fratres a *Thoma* Abbate in novum monasterium introducti laudes divinas alternantibus vocibus iterum in choro canere potuerint. Ob insignes reliquias S. Margaritae V. M. ibi reconditas monasterium hocce nostrum illo aevo passim jam "*ad S. Margaritam*" dicebatur. — Sed

et ad *Sazavam* colligebantur lapides monasterii dispersi et in novum conglutinabantur claustrum, modicas aedes, in quas A. D. 1663 introducti sunt monachi Brevnoveno-Braunenses, abbati vero Brevnoviensi exinde nonnisi quoad visitationem subjecti.

Gaudium spirituale, quod fratres nostri A. D. 1674 ceperant, brevi ab eis novo et gravi infortunio tollitur: exorto scilicet 1678 incendio et ecclesia et praepositurae domus et aedificia rei oeconomicae destinata denuo diruuntur ——, novae veteribus commiscebantur ruinae! Abbati tandem *Othmaro* (1700–1738) concessum erat, non tantum monasterium nostrum Brevnoviense sed et ecclesiam ibi S. Margaritae dedicatam perficere. Idem ipse abbas monasterium quoque Braunense aedificavit et Policense consummavit, pluresque ecclesias et loca pia e fundo erexit, denique *Praeposituram Wahlstattensem* in Silesia, olim monasterii Ord. nostri Opatovicensis, resuscitavit, aedificavit, dotavitque A. D. 1738.

Sic laus dicebatur Deo, qui familiam suam igne et aerumnis probatam fidelem invenerat. At, misceri semper et ubique in terris gaudia fletibus, hominemque quo magis pacificus est eo magis pati debere, anima illa candida, abbas *Fredericus* (1752–1773) testis est, qui unacum monasteriis Brevnoviensi subjectis multas et magnas perpessus est miserias, eo maxime septennio, quo rex Borussiae Imperio nostro Austriaco bellum intulerat. Sed ex omnibus Dominus liberavit servos suos, monasteriaque nostra denuo florere coeperunt, quum A. D. 1785 majus prioribus eis oboritur vitae periculum. Deo tamen sic jubente dum plurimorum in Austriaco Imperio velut a texente praecisa est vita coenobiorum, angelus mortis nostra praeteriit, unicum Policense tangens, cujus vero bona Braunaviensi sunt adscripta. Attamen nondum erat finis, nam anno 1810 rex Borussiae Fredericus Wilhelmus III. monasterium nostrum Wahlstattense quasi leo contrivit, extinxit in momento et spoliavit.

Sic matri filia "Police" rescissa, filia "Wahlstatt" erepta, et primogenita "Rajhrad", quae a saeculo jam decimo septimo novas moliebatur res, anno tandem 1813 pristinum cum matre vinculum libere dissolvit!

Poeta quidam aevum canens Bavari abbatis decimi noni testatur:

"Florente Brevnov quinquies centum in loco
vixere fratrum in officinis, in chora,
Sophiaeque cathedris sexies dein pares,"

anno vero 1879 sub abbate quinquagesimo quinto monachi Brevnoveno-Braunenses regulam sequuntur magistram:

Reverendissimus et Amplissimus Dominus
D. JOAN. NEP. IGNATIUS ROTTER, S. T. D.,

Abbas,

in serie abbatum LV., Regni Bohemiae Praelatus infulatus, Consistorii Archiepiscopalis Pragensis et Episcopalis Reginaehradecensis Consiliarius, caes. Austriaci Ordinis Francisci Josephi Commendator, Borussici Ordinis de Aquila Rubra Eques; Pater-Abbas Monasterii Rajhradiensis in Moravia et Praepositus Wahlstattensis in Silesia; antehac in caes. reg. Universitatibus Graecensi in Styria et Pragensi in Bohemia Theologiae Dogmaticae professor, in Universitate Pragena Decanus et A. D. 1854 Rector Magnificus, Musaei Regni Bohemiae aliarumque societatum doct. Sodalis, civitatum Braunau, Police et Kladno civis honoris gratia etc. etc. nat. in Braunau Bohemiae 27. Feb. 1807, sol. prof. 9. Nov. 1828, sac. 20. Jul. 1830, Abbas electus 7. Nov. 1844; benedictus 8. Dec. 1844, renovavit s. Professionem ante 50 annosemissam 10. Nov. 1878.

2. Adm. Rev. P. Fortunatus Khunt,

Prior Brevnovii, Magister Novitiorum,

nat. in Wildenschwert Bohemiae 24. Sept. 1827, sol. prof. 5. Oct. 1851, sac. 31. Jul. 1853; *Notarius Archiepisc. Pragensis.*

3. Adm. Rev. P. Fredericus Menzel, S. T. D.,

Prior Braunae,

nat. in Qualisch Bohemiae 24. Aug. 1828, sol. prof. 5. Oct. 1851, sac. 31. Jul. 1853.

4. R. P. Joannes Chrys. Malecek,

Subprior Brevnovii,

nat. in Podmokly Boh. 4. Feb. 1800, sol. prof. 19. Apr. 1824, sac. 14. Aug. 1826; *Notarius Archiepisc. Pragensis.*

5. R. P. Thomas Kopp,

Subprior Braunae,

nat. in Magno-Bock Boh. 4. Aug. 1807, sol. prof. 14. Jun. 1835, sac. 6. Aug. 1837.

6. R. P. Hieronymus Ruzicka,

nat. in Tyniste Boh. 28. Jan. 1794, sol. prof. 10. Dec. 1815, sac. 14. Feb. 1817; *Notar. Episc. et Consist. Episc. Reginaehrad. Consil*

7. R. P. Athanasius Jerábek,

nat. in Volyň Boh. 18. Dec. 1803, sol. prof. 8. Dec. 1827, sac. 15. Aug. 1829; *Notarius Episc. Reginaehradecensis.*

8. R. P. Coelestinus Jerábek, Ph. & AA. LL. D.,

nat. in Volyň Boh. 4. Jan. 1802, sol. prof. 26. Dec. 1826, sac. 20. Aug. 1827; *Consistorii Episcop. Reginaehradecensis Consiliarius.*

9. R. P. Timotheus Matousek,

nat. in Destná Boh. 2. Jun. 1813, sol. prof. 29. Jun. 1836, sac. 6. Aug. 1837; *Notarius Episcop. Reginaehradecensis, Secretarius Vicariatus Episcop. for. Braunensis, Sodalis Societatis erud. "Lotos."*

10. R. P. Othmarus Rostlapil,

nat. in Kostelek nad Orlicí Boh. 30. Oct. 1811, sol. prof. 29. Jun. 1836, sac. 6. Aug. 1837.

11. R. P. Leonardus Lichter,

nat. in Weckersdorf Boh. 29. Aug. 1812. sol. prof. 29. Jun. 1837, sac. 4. Aug. 1839.

12. R. P. Benedictus Kloucek,

nat. in Lichtenberg Boh. 23. Aug. 1814, sol. prof. 2. Sept. 1838, sac. 2. Aug. 1840.

13. R. P. Wolfgangus Morávek,

nat. in Neuhaus Boh. 5. Nov. 1817, sol. prof. 27. Sept. 1840, sac. 31. Jul. 1842; *Notarius episcop. Reginaehradecensis.*

14. R. P. Raymundus Krestan,

nat. in Tejnicl Boh. 23. Oct. 1817, sol. prof. 28. Sept. 1841, sac. 31. Jul. 1843.

15. R. P. Jacobus Lenk,

nat. in Wotsch Boh. 7. Mart. 1819, sol. prof. 28. Sept. 1842, sac. 31. Jul. 1844.

16. R. P. Aemilianus Kolár,

nat. in Srlin Boh. 9. Oct. 1820, sol. prof. 3. Aug. 1845, ord. 1. Aug. 1847.

17. R. P. Placidus Streda,

nat. in Rtin Boh. 18. Nov. 1824, sol. prof. 1. Nov. 1849, sac. 6. Aug. 1850.

18. R. P. Victor Municek,

nat. in Leitomyschl Boh. 25. Maj. 1823, sol. prof. 1. Nov. 1849, sac. 27. Jul. 1851.

19. R. P. Godhardus Schuppl,

nat. in Prag Boh. 24. Sept. 1828, sol. prof. 5. Oct. 1851, sac. 29. Jul. 1852.

20. R. P. Beda Zocher,

nat. in Barzdorf Boh. 15. Oct. 1829, sol. prof. 16. Oct. 1853, sac. 26. Jul. 1854.

21. R. P. Vincentius Falge,

nat. in Trautenau Boh. 2. Feb. 1828, sol. prof. 16. Oct. 1853, sac. 26. Jul. 1854.

22. R. P. Magnus Werner,

nat. in Grossdorf Boh. 2. Maj. 1829, sol. prof. 28. Sept. 1854, sac. 31. Jul. 1855.

23. R. P. Meinradus Dvorák,

nat. in Preic Boh. 7. Jul. 1829, sol. prof. 28. Sept. 1854, sac. 31. Jul. 1855.

24. R. P. Gregorius Wagner,

nat. in Jaromier Boh. 12. Jan. 1831, sol. prof. 7. Oct. 1855, sac. 3. Aug. 1856.

25. R. P. Leander Hubeny,

nat. in Visenav Boh. 20. Sept. 1832, sol. prof. 7. Oct. 1855, sac. 3. Aug. 1856.

26. R. P. Bonaventura Petr,

nat. in Rtin Boh. 8. Jan. 1830, sol. prof. 7. Oct. 1855, sac. 3. Aug. 1856.

27. R. P. Romualdus Schramm,

nat. in Braunau Boh. 5. Sept. 1833, sol. prof. 6. Sept. 1857, sac. 29. Jul. 1858.

28. R. P. Rupertus Smolík, S. T. D.,

nat. in Praga Boh. 5. Oct. 1832, sol. prof. 6. Sept. 1857, sac. 24. Jul. 1859; *Consistorii Episcop. Reginaehradecensis Consiliarius, in Universitate Pragena Decanus emeritus.*

29. R. P. Robertus Riedel,
nat. in Rupersdorf Boh. 2. Feb. 1838, sol. prof. 12. Oct. 1862, sac. 2. Aug. 1863.

30. R. P. Pancratius Drechsel,
nat. in Braunau Boh. 21. Oct. 1838, sol. prof. 12. Oct. 1862, sac. 2. Aug. 1863.

31. R. P. Norbertus Repka,
nat. in Horicka Boh. 25. Oct. 1840, sol. prof. 8. Dec. 1863, sac. 31. Jul. 1864.

32. R. P. Christinus Plodek,
nat. in Rzy Boh. 25. Apr. 1840, sol. prof. 8. Dec. 1863, sac. 31. Jul. 1864.

33. R. P. Guntherus Seidel,
nat. in Braunau Boh. 20. Sept. 1838, sol. prof. 8. Dec. 1863, sac. 31. Jul. 1864.

34. R. P. Oddo Pospísil,
nat. in Perimov Boh. 18. Maj. 1838, sol. prof. 8. Dec. 1863, sac. 31. Jul. 1864.

35. R. P. Amandus Dimter,
nat. in Ottendorf Boh. 21. Feb. 1841, sol. prof. 26. Nov. 1865, sac. 15. Jul. 1866.

36. R. P. Bruno Ctvrtecka, S. T. D.,
nat. in Albendorf Boh. 6. Apr. 1843, sol. prof. 26. Nov. 1865, sac. 15. Jul. 1866.

37. R. P. Cyrillus Kancra,
nat. in Radechov superiori Boh. 6. Sept. 1840, sol. prof. 30. Sept. 1866, sac. 31. Jul. 1867.

38. R. P. Pius Ctvrtecka.
nat. in Albendorf Boh. 27. Jun. 1836, sol. prof. 28. Sept. 1867, sac. 25. Jul. 1868.

39. R. P. Venceslaus Neureutter,
nat. in Stirín Boh. 21. Feb. 1843, sol. prof. 28. Sept. 1867, sac. 25. Jul. 1868.

40. R. P. Hugo Trautmann,

nat. in Braunau Boh. 6. Jul. 1843, sol. prof. 28. Sept. 1867, sac. 25. Jul. 1868.

41. R. P. Georgius Walsch,

nat. in Vetero-Regnic Boh. 1. Feb. 1843, sol. prof. 28. Sept. 1868, sac. 25. Jul. 1869.

42. R. P. Clemens Kostál,

nat. in Sobeslav Boh. 11. Mart. 1844, sol. prof. 28. Sept. 1868. sac. 25. Jul. 1869.

43. R. P. Gerardus Pospísil,

nat. in Kraliky Boh. 6. Sept. 1845; sol. prof. 5. Dec. 1869, sac. 10. Jul. 1870.

44. R. P. Henricus Rajm,

nat. in Roveñ Boh. 28. Sept. 1840, sol. prof. 5. Dec. 1869, sac. 10. Jul. 1870.

45. R. P. Bernardus Kleemann,

nat. in Tschochan Boh. 25. Mart. 1845, sol. prof. 6. Jan. 1872, sac. 14. Jul. 1872.

46. R. P. Alphonsus Walzel,

nat. in Grossdorf Boh. 7. Nov. 1844, sol. prof. 28. Sept. 1872, sac. 13. Jul. 1873.

47. R. P. Bonifacius Holub,

nat. in Doxan Boh. 30. Nov. 1847, sol. prof. 28. Sept. 1872, sac. 13. Jul. 1873.

48. R. P. Dominicus Kozler.

nat. in Zebrák Boh. 5. Aug. 1848, sol. prof. 28. Sept. 1872, sac. 13. Jul. 1873.

49. R. P. Anselmus Hoffmann,

nat. in Skalza Boh. 14. Oct. 1844, sol. prof. 5. Oct. 1873, sac. 14. Jul. 1872.

50. R. P. Emmanuel Lebduvvka,

nat. in Bestvín Boh. 28. Dec. 1847, sol. prof. 5. Oct. 1873, sac. 19. Jul. 1874.

51. **R. P. Isidorus Vondráček,**
nat. in Litobor Boh. 19. Jul. 1848, sol. prof. 5. Oct. 1873, sac. 19. Jul. 1874.

52. **R. P. Aloysius Tomas,**
nat. in Ponikl Boh. 7. Aug. 1848, sol. prof. 5. Oct. 1873, sac. 19. Jul. 1874.

53. **R. P. Methodius Laudin,**
nat. in Brezina Boh. 14. Aug. 1847, sol. prof. 28. Sept. 1874, sac. 18. Jul. 1875.

54. **R. P. Stanislaus Chaloupka,**
nat. in Skalic Boh. 21. Aug. 1851, sol. prof. 17. Oct. 1875, sac. 16. Jul. 1876.

55. **R. P. Adalbertus Krinke,**
nat. in Giesshuebel Boh. 25. Jul. 1854, sol. prof. 15. Oct. 1876, sac. 10. Aug. 1877.

FRATRES CLERICI:

1. **Fr. Benno Christoph,**
nat. in Trautenau Boh. 25. Jun. 1856, simpl. prof. 26. Sept. 1876.

2. **Fr. Cajetanus Treutler,**
nat. in Braunau Boh. 24. Apr. 1855, simpl. prof. 26. Sept. 1876.

3. **Fr. Aegidius Kminek,**
nat. in Kuttenberg Boh. 2. Jul. 1852, simpl. prof. 26. Sept. 1876.

4. **Fr. Ludovicus Christoph,**
nat. in Trautenau Boh. 22. Feb. 1855, simpl. prof. 24. Sept. 1877.

5. **Fr. Maurus Riedel,**
nat. in Braunau Boh. 26. Aug. 1855, simpl. prof. 24. Sept. 1877.

6. **Fr. Theodorus Lebeda,**
nat. in Rudersdorf Boh. 28. Apr. 1857, simpl. prof. 4. Oct. 1878.

7. **Fr. Ambrosius Kozler,**
nat. in Zebrák Boh. 14. Jul. 1854, simpl. prof. 4. Oct. 1878.

8. **Fr. Romanus Fuxa,**
nat. in Rychnov Boh. 15. Mart. 1856, simpl. prof. 4. Oct. 1878.

FRATER CONVERSUS:

Fr. Gallus Rusicka,
nat. Pragae Boh. 4. Feb. 1828, prof. 2. Feb. 1860.

Bibliotheca mon. *Brevnoviensis* numerat (exceptis globis, mappis) 15.500 voll., *Braunensis* vero voll. 25,000. *Archivium Brenoveno-Braunense* MSS. olim ditissimum injuria hominum et temporum inprimis husiticorum irreparabilia passum est detrimenta; quae vero ab interitu ac fraude vindicatae sunt tabulae et documenta maximi habentur momenti, utpote quae non solum ordinis nostri, sed et totius regni Bohemiae illustrant historiam. Monasterium Braunense praeter 17 aliorum fragmenta illud possidet celeberrimum *metallum sidereum* (meteorit), quod 14. Jul. 1847 summo mane, quibusdam urbis Braunau civibus spectantibus sereno coelo ad instar globi ignei apparuit, qui mox in duas dirupit partes ad terram cadentes, quae et ambae eodem die extra urbem repertae sunt. Ibidem asservatur non spernendus numerus *nummorum regni Bohemiae antiquorum*, inter quos non pauci sunt rarissimi tum valoris quondam publici, tum illorum, quos olim regni Bohemiae proceres condendos curarunt.

PAROCHIAS

adnexasque parvulorum scholas administrant Patres Brenov-Braunenses:

I. *In archidioecesi Pragensi:*

1. Brevnov, *S. Margaritae, V. M.*, (eccl. claustralis simul parochialis) cum sac. 2, animabus 3,390, schola 1. Huc pertinet ecclesia peregrinantium *B. M. V. de Victoria in Monte Albo.*

2. Pocapl ad Albim, *S. Adalberti, E. M.*, cum sac. 1, anim. 1,005, schola 1.

II. *In dioecesi Reginaehradecensi:*

3. Braunau, *SS. App. Petri et Pauli,* cum sac. 3, anim. 8,621. scholis 4.

4. Hermsdorf, *Omnium Sanctorum,* et filialis *S. Joannis Bapt.*, cum sac. 1, anim. 2,431, scholis 2.

5. Maerzdorf, *S. Georgii, M.*, et filiales: Barzdorfii, *S. Magdalenae*, et Ottendorfii, *S. Barbarae, V. M.*, cum sac. 2, anim. 4,544, scholis 3.

6. Rupersdorf, *S. Jacobi Maj.*, cum sac. 1, anim. 3,170, scholis 3.

7. Schoenau, *S. Margaritae, V. M.*, cum sac. 1, anim. 2,260, schola 1.

8. Wernersdorf, *S. Michaelis Archang.*, et filialis Wiesnae, *S. Annae*, cum sac. 2, anim. 3,893, scholis 3.

9. Polic, *B. M. V. assumptae*, olim monasterialis, cum sac. 4, anim. 7,814, scholis in oppido et pagis 11.

10. Bezdekov (Bocsig), *S. Procopii, Abb. C.*, cum sac. 1, anim. 1,488, scholis 2.

11. Machov (Machau), *S. Wenceslai, Duc. M.*, cum sac. 2, anim. 2,542, scholis 2.

12. Metlican, *S. Jacobi Maj.*, cum sac. 2, anim. 2,850, scholis 3.

III. *In dioecesi Vratislaviensi*, districtu Freistadiensi, Silesiae Austr.

13. Orlov (Orlau), *Nativitatis B. M. V.*, parochialis et peregrinantium, olim Praepositura filialis monast. Tynicensis O. S. B. in Galicia, cum sac. 2, anim. cathol. 3,018, scholis 3.

Monachi 18 *magisterio* funguntur: 1. in *schola monasteriali Brevnovii* privata, ubi propter cantum sacrum quatuor pueri sustentantur monacho uno paedagogo; 2. in *scholis civitatis Braunau* duabus publicis et una privata catechistae sunt monachi tres; 3. in *gymnasio Braunaviensi* monasterio cohaerenti, quod ab abbatibus Brevnoviensibus erectum est et ab ipsis omni providetur ornatu docentibus necessario, omnique in re ab eisdem sustentatur quodque publica in Imperio Austriaco gaudet auctoritate, juvenes circiter 200 per octo gymnasii classes docent monachi duodecim; 4. monachus unus docet in *C. R. Universitate Pragensi* theologiam, quam vocant pastoralem, idiomate bohemico; 5. unus docet in *C. R. gymnasio academico Theresiano* Viennae.

Necrologium ab anno 1866.

Obierunt anno aetatis, professionis, sacerdotii:

1866, 15. Apr.	R. P. Joseph Mixanek,	aet. 75,	prof. 51,	sac. 51.
" 15. Jun.	" Procop. Kroskovsky,	" 54,	" 28,	" —.
" 12. Aug.	Fr. Adalbertus Kyncl,	" 23,	" 1.	

1866, 28. Nov.	R. P.	Ignatius Kutik,	aet.	63,	prof.	35,	sac.	32.
1867, 11. Dec.	"	Andreas Veselka,	"	59,	"	32,	"	31.
1870, 18. Feb.	"	Methodus Fastr,	"	75,	"	50,	"	47.
" 24. Jun.	"	Romanus Kazák,	"	60,	"	32,	"	30.
1872, 22. Feb.	"	Maurus Hurka	"	48,	"	23,	"	21.
" 12. Mart.	"	Paulus Tejrovsky,	"	56,	"	32,	"	30.
1874, 27. Mart.	"	Benno Sedlácek,	"	53,	"	29,	"	27.
" 3. Apr.	"	Basilius Jedlicka,	"	70,	"	47,	"	45.
" 22. Jun.	"	Cajetanus Eger,	"	68,	"	42,	"	40.
1875, 3. Mart.	"	E. Itz de Mildenstein,	"	86,	"	63,	"	63.
1876, 14. Nov.	"	Stephanus Kriesche,	"	85,	"	50,	"	62.
" 9. Dec.	"	Eusebius Bittner,	"	69,	"	45,	"	44.
1877, 2. Mart.	"	Augustin. Mattusch,	"	59,	"	39,	"	36.

ABBATIA S. HADRIANI,

APUD ZALAVAR, DIOEC. ——.

Inscript. epist.: Hochw. Benedictiner-Abtei St. Hadrian, Zalavar, Ungarn, Austria.

Abbatia haec a S. Stephano, Hungariae protorege an. 1019 fundata, a Turcis an. 1574 devastata, postliminio per Carolum regem apostolicum, hujus nominis tertium, an. 1715 resuscitata ac Ordini Benedictino reddita est celebrique Austriae inferioris Abbatiae Gottwicensi incorporata, a qua demum 23. Oct. 1873 per decretum regium sejuncta independensque reddita est.

MONACHI:

Reverendissimus et Amplissimus Dominus,

D. GREGORIUS MODROVICS,

Abbas,

aurea cruce cum corona pro meritis decoratus, nat. in Lebeny 23. Maj. 1813, sol. prof. 29. Mart. 1840, sac. 8. Sept. 1840, abbas denominatus 2. Apr. 1874, sol. installatus 17. Maji 1874.

2. **R. P. Conradus Horvath,**

Prior et Spiritualis,

nat. in Kis-Czell 9. Maji 1807, sol. prof. 20. Mart. 1836, sac. 13. Nov. 1836.

3. R. P. Ladislaus Tomsich,

nat. in Fueles 2. Mart. 1812, sol. prof. 29. Mart. 1840, sac. 20. Sept. 1840, *Administrator bonorum.*

4. R. P. Stephanus Wallner,

nat. Ginsii 24. Aug. 1827, sol. prof. 4. Aug. 1861, sac. 10. Aug. 1862. *Parochiae administrator de Csacs.*

5. R. P. Gabriel Nemeth,

nat. in Koermend 11. Jul 1839, sol. prof. 6. Jul. 1862, sac. 9. Aug. 1863. *Parochiae administrator de Zalavar.*

6. R. P. Georgius Garath,

Subprior et administ. Par. de Zala - Apati,

nat. in Perenye 16. Dec. 1844, sol. prof. 27. Mart. 1870, sac. 14. Aug. 1870.

7. R. P. Adrianus Desits,

nat. Sabariae 6. Mart. 1845, sol.prof. 12. Nov. 1871, sac. 15. Aug. 1872. *Archivarius et Bibliothecarius.*

8. R. P. Benedictus Lipoecz,

Magister Novitiorum,

nat. Taplanfae 27. Oct. 1850, sol. prof. 8. Sept. 1878, sac. 17. Nov. 1878

Fr. Emericus Mesterhazi,

nat. 1. Oct. 1854, simpl. prof. 22. Aug. 1876. *Studens theol.*

Fr. Maurus Ross,

nat. 24. Nov. 1856, indutus 27. Sept. 1878. *Novitius.*

Fr. Gerardus Somogyi,

nat. 8. Dec. 1859, indutus 27. Sept. 1878. *Novitius.*

Bibliotheca constat tomis 6,000. — Ad Patronatum Abbatiae pertinent *tres Parochiae et tres Filiales* cum fidelibus 4,541, scholaribus 579.

ABBATIA B. MARIAE V. ASSUMPTAE ET SS. CHILIANI ET SOCIORUM,

DIOECESIS LINCIENSIS IN AUSTRIA SUPERIORE.

Inscript. epist.: Hochw. Benedictiner-Stift zu Lambach, Ober-Oesterreich.

Monasterium Lambacense, dioecesis Linciensis, antea Passaviensis, in Austria Sup., per Arnoldum, comitem de Wels et Lambach, circa A. D. 1040 pro clericis saecularibus fundatum est. Adalbero, beatae memoriae, Arnoldi filius, ab A. D. 1045 usque 1090 Episcopus Wirceburgensis in Franconia, hoc ipsum monasterium Monachis O. S. B. tradidit anno 1056, vir et alioquin de restauranda et amplianda observantia regulari optime meritus, necnon ex parte S. Gregorii PP. VII. fidelissimus jurium ecclesiae propugnator. Monachos adscivit e monasterio Schwarzacensi, suae Dioecesis antiquissimo et nuperrime per Gorzienses reformato. — In honorem episcopatus Wirceburgensis monasterium Beatissimae Virgini Mariae et Franconiae Apostolis, Sancto Chiliano scil. et Sociis, die 15. Sept. 1089 dedicatum est per fundatorem ipsum et Altmannum, Episcopum Passaviensem. In sequenti anno, die 6. Oct., pie obiit Lambacii pius fundator.

Quousque fundator viveret, ipsemet Abbates e Wirceburgensi dioecesi vocavit et Lambacii moderatores designavit. Quorum quidem unus, Sigibaldus nomine, religionis semina in monasterium Mellicense, in Austria inferiore, propagavit. Intima perduravit inter haec coenobia et Wirceburgenses Episcopos unio, donec ineunte saeculo XIII. penitus dissoluti sunt nexus, Ottone de Lobdeburg, Wirceburgensi Episcopo, efficiente.

Anno 1233 per copias Ottonis, Bavariae ducis, devastatum est monasterium et igni traditum, sed paulatim restaurata sunt aedificia, quin tamen rediret illa regularis observantia, donec bis visitatum, anno 1419 et anno 1431, jubente quidem Austriae Duce, unacum reliquis Austriae monasteriis ad observantiam reductum est. Exinde denuo optimae observantiae acquisivit famam, ita ut sub Abbatibus, Thomae de Retz, ab a. 1436 — 1474, ejusque successore, Joanne IV. Schwerzwadel, ab a. 1474 — 1504, graves potuerit sustinere partes pro tuenda reformatione, Mellicensi dicta, quae a Sacro Specu, Sublaci, ortum habuit. Porro Monachi ad B. M. V. ad Scotos, Viennae in Austria, inde rogarunt sibi Abbatem, Joannem. S. Th. D., et Altachium inferius Fridericum suscepit, Gottwicenses



MONASTERIUM S. MARIAE ASSUMPT., Lambaci, Austriae.

denique Stephanum reformandi causa advocarunt. — Sub eodem Thoma de Retz Lambacensibus Abbatibus, interveniente Alberto VI., Austriae Duce, concessum est jus intra monasterii septa adhibendi pontificalia, anno quidem 1458.

At graviora sequebantur tempora. Medio enim saeculo XVI., hac regione Lutheri infaustissima dogmata grassari coeperunt, rustici subditi rebelles evaserunt sub regimine politico satis imbecillo in tuendis monasteriis, unde et disciplina maximum aeque ac catholica religio detrimentum cepit. Hoc tempore vero Abbas Burcardus Furtenbacher, ab a. 1585 – 1599, e monasterio ad SS. Udalricum et Afram Augustao Vindelicorum evocatus, resuscitator catholicae religionis vocari meruit. — In feliciora tempora incidit regimen Abbatis Placidi Hieber (1640 – 1678), qui a. 1656, sexto saeculari a fundatione coenobii anniversario, novam ecclesiam claustralem dedicari fecit coenobiumque ipsum ampliavit, quapropter *tertius* fundator nominari commeruit. Sub hujus regimine Joannes Schmitzberger, claustri Prior, mox vero ad B. M. V. Scotorum, Viennae, Abbas, (1669 – 1683) designatus est Episcopus Hellenopolitanus i. p. i., a. 1673.

Nova aedificia addiderunt Severinus Blaas (1678 – 1705) et Maximilianus Pagl (1705 – 1725) qui etiam a. 1706 communicationem spiritualium privilegiorum Cassinensi Congregationi concessorum obtinuit, et sub eodem tempore exinde celeberrimum sacellum SS. Trinitatis in Paura, prope Lambach, fundavit, a pie peregrinantibus postmodum undequaque visitatum. — Grave onus sustinuit Abbas Amandus Schickmayr (1746–1794), sub cujus regimine monasterium suppressum est, 17. Aug. 1784. Anno tamen sequenti permissum iterum est clericos educari virosque emeritos vita uti communi. Perduravit monasterium per funesta tempora belli, sed ter invasum ab hoste in militum tabernam primo, deinde vero in infirmorum hospitium mutatum est. Ab anno hujus saeculi vigesimo *administratores* a politico gubernio Abbatum loco praeesse monasterio jussi, quibus quidem in laudem et gratias referendum, ut monasterium, a debitis liberatum tandem respiraret.

Visitatio apostolica monasteriorum per totum imperium Austriacum suscepta, Lambaci peracta est die 3. Nov. 1857, et a Visitatore, S. R. E. Cardinali, Archiepiscopo Pragensi, die 8. Sept. 1858 P. Theodoricus Hagn, Monachus Cremifanensis, designatus est Abbas, qui vitam communem ac regularem denuo stabilivit disciplinam. — Nuperrime sub praesente Revmo D. D. Abbate Joanne X. Ecclesia splendide restaurata est.

MONACHI:

Reverendissimus et Amplissimus Dominus,
D. JOANNES DE LASSER,
Abbas,

Abbatum ordine LII., S. R. C. Majest. Consiliarius et Perill. Praelatorum Provinciae Austriae S. An. Collega, natus in Windish-Matrey Tyroli 24. April. 1822, prof. 21. Sept. 1845, sac. 22. Jul. 1846, Abbas electus 14. Maj., Mitra ornatus 15. Maj. 1873.

2. Adm. R. P. Placidus Feger,
nat. in Schemnitz, Hungariae, 15. Aug. 1804, sol. prof. 25. Sept. 1864, sac. 25. Oct. 1828, *jub.* 3. *Nov.* 1878.

3. R. P. Maurus Ramsauer,
nat. in Hallstadt, Austriae, 6. Sept. 1824, sol. prof. 31. Dec. 1848, sac. 22. Jul. 1849, *moratur in Foed. Provinc. Americ. Sept.*

4. R. P. Joseph Neustifter,
nat. Viennae, Austriae, 24. Aug. 1832, sol. prof. 15. Aug. 1863. sac. 26. Jul. 1857.

5. R. P. Gotthardus Heigel,
nat. in Winkling, Bavariae, 1. Maj. 1831, sol. prof. 25. Sept. 1864, sac. 11. Mart. 1856.

6. R. P. Pius Schneider, S. T. D.,
nat. in Kremsmuenster, Austriae, 22. Apr. 1839, sol. prof. 15. Sept. 1861, sac. 27. Jul. 1862.

7. R. P. Chilianus Seifert,
nat. in Lichtenberg, Silesiae, 4. Nov. 1833, sol. prof. 27. Jan. 1867, sac. 2. Jul. 1859.

8. R. P. Coelestinus Baumgartner,
nat. in Waizenkirchen, Austriae, 19. Feb. 1844, sol. prof. 29. Sept. 1865, sac. 28. Jul. 1867.

9. R. P. Benno Mayr,
nat. in Linz, Austriae, 6. Dec. 1846, sol. prof. 15. Sept. 1870, sac. 1. Nov. 1870.

10. R. P. Anselmus Hohenegger,

nat. in Graun, Tyroli, 24. Maj. 1848, sol. prof. 30. Sept. 1871, sac. 1. Sept. 1872.

11. R. P. Oddo Auer,

nat. in St. Marienkirchen, Austriae, 26. Mart. 1846, sol. prof. 24. Sept. 1872, sac. 20. Sept. 1873.

12. R. P. Augustinus Rabensteiner,

nat. in Villanders, Tyroli, 11. Nov. 1847, sol. prof. 6. Sept. 1873, sac. 26. Jul. 1874.

13. R. P. Benedictus Studener,

nat. in St. Georgio prope Tolled, Austriae, 29. Jun. 1849, sol. prof. 6. Sept. 1873, sac. 26. Jul. 1874.

14. R. P. Bernardus Gruener,

nat. in Karthaus, Tyroli, 12. Jan. 1850, sol. prof. 6. Sept. 1873, sac. 26. Jul. 1874.

15. R. P. Bonifacius Kuen,

nat. in Innsbruck, Tyroli, 5. Nov. 1850, prof. 8. Oct. 1876, sac. 21. Dec. 1876.

FRATRES CLERICI:

1. R. Fr. Maurus Hummer,

nat. in Gunskirchen, Aust., 19. Maj. 1859, simpl. prof. 8. Sept. 1877.

2. R. Fr. Adalbero Angerer,

nat. in Meran, Tyroli, 25. Jan. 1860, simpl. prof. 15. Aug. 1878.

3. R. Fr. Meinradus Huber,

nat. in Goefis, Rhaetiae, 25. Jan. 1854, *Novitius*, indut. 14. Jul. 1878.

4. R. Fr. Magnus Koell,

nat. in St. Petro Tyroli, 6. Mart. 1859, *Novitius*, indut. 20. Aug. 1878.

Fratres Conversi: Sex.

Necrologium inde ab anno 1866:

Rev. P. Bonifacius Radimersky, obiit 16. Nov. 1866.
Rel. Fr. Odilo Pluschka, obiit 10. Jul. 1867.
Revmus D., D. Theodoricus Hagn, Abbas, obiit 29. Aug. 1872.
Rev. P. Godefridus Schrotter, obiit 2. Mart. 1873.
" Beda Heller, obiit 18. Jan. 1874.
" Adalbertus Donnebauer, obiit 26. Dec. 1874.
Adm. Rev. P. Aemilianus Mann, Prior, obiit 3. Aug. 1876.
Rev. P. Norbertus Klinger, obiit 1. Feb. 1877.
" Gregorius Breuer, obiit —— 1879.
" Ferdinandus Wurm, obiit 3. Feb. 1880.

Adest ampla *bibliotheca* 33,000 voluminum ac manuscriptorum plurium; porro *imaginum* aeri vel cupro incisarum thesaurus, denique *crustaceorum et mineralogica* collectio.


QUATUOR PAROCHIAS

administrant Monachi:

1. Lambach, 5300 circiter animarum, cum scholis adnexis,
2. Neukirchen, 786 " " " schola adnexa,
3. Aichkirchen, 550 " " " schola,
4. Pachmanning, 600 " " " schola; praeterea Sacellum SS. Trinitatis cum *beneficio* in Paura, cum schola.

1. Parochia *Lambacensis* circa annum 990 condita est a comitibus de Wels et Lambach. Primitus quidem sacellum quoddam, postmodum ecclesiae claustri adnexum, usibus inservivit parochianorum, ad saeculum usque medium decimumquartum. Tum vero alio loco exaedificata est ecclesia, S. Joanni Bapt. sacra, quae usque ad annum 1785 parochialis erat. Hoc anno autem, 1785, civile gubernium declaravit claustralem ecclesiam simul esse parochialem, atque ita deinceps permansit.

2. et 3. Ecclesia apud *Neukirchen*, S. Stephano, Protomartyri, dedicata antiquissima jam ad annum 1070 in monasterii documentis occurrit. Fuit filialis parochiae *Gaspolzhofen*, dioec. Passav., postea Linciens., usque ad 1693, quo tempore unacum ecclesia de *Aichkirchen* monachis Lambacensibus tradita est primo quidem ad tempus tantum, deinde vero anno 1667 in perpetuum, facta scil. commutatione cum



MONASTERIUM SS. PETRI ET PAULI. Rajhradii, Moraviae.

monachis pro parochia *Oberkirchen*, dioec. Passav., nunc. S. Hypoliti, quam jam ab anno 1248 possederant.

4. *Pachmanning* ad primam dotem ecclesiae Salisburgensis, S. Ruperto concessam, pertinet, et jam saec. 9. "capella" ibidem commemoratur. Anno 1445 primum parochiae nomine in monumentis insignitur. Fuit antiquitus filialis parochiae de *Pichl*, cujus parochus vicarium praesentavit, postea transiit ad parochiam de *Pennewang*, demum ab anno 1784 monachis Lambacensibus tradita est. Sacellum in *Paura* jam ante 1204 commemoratur. Loco sacelli antiqui, ab Abbate Severino destructi, Abbas Maximilianus annis 1714-1724 aliud aedificavit in honorem Ssmae Trinitatis, cum 3 turribus, 3 portis, 3 organis, 3 altaribus.

In quatuor parochiis supra descriptis *octo* monachi curam animarum gerunt. — *Orphanotrophium* fundatum ab Abbate Maximiliano cum beneficio in Paura conjunctum erat, nunc vero cum ipso monasterio cohaeret. Septem sustentantur pueri qui in arte musica, praesertim in cantu ecclesiastico a monachis instituuntur.

ABBATIA SS. PETRI ET PAULI

APUD RAIGERN (RAJHRAD) DIOEC. BRUNENSIS.

Inscript. epist.: Hochw. Benedictiner-Stift *Raigern* bei Bruenn, Mæhren, Oesterreich.

Monasterium Raigradiense (idiomate vernaculo Rajhrad, germanice Raigern) in Moravia, Austriae provincia, dioecesi Brunensi situm, fundatum est in honorem SS. Apostolorum Petri et Pauli a Bretislao, Bohemiae et Moraviae duce an. 1048, uti literae fundationis hujus, in archivo asservatae, testantur. Primi, qui illud incoluerunt monachi erant, Brevnoviensis coenobii, vulgo ad S. Margaritam non procul a Praga Bohemiae distantis, cui in perpetuum possidendum a fundatore traditum, et quocum usque ad annum 1812 velut paterno connexu remansit conjunctum. Donatione primaria villarum Rajhrad, Papovice, Opatovice, Obrichori, Rajhradice et Zoucka circumjacentium, nec non agri Domasoviensis, plus duobus miliariis a Brunna ad occidentem, nova cella in loco arcis desolatae constructa, fuit ditata. Qui primi fuerint eam inhabitantes monachi ignoratur, neque primi praepositi nomen constat; "Maurum" ne, an "Matthaeum" fuisse dicas, lis inter doctos. Neque minorem

parit series praepositorum texenda usque ad saeculi XIII. initium difficultatem. Intimus, qui fuerit primo saeculo historiae domus cum rebus paternis connexus, historiographus Raigradiensis Dr. Beda Dudik duobus tomis luce clara ostendit. Primi praepositi. quorum nomina e documentis constant, sunt Joannes I. (1088). Bogdal (1210), Paulus (1234), sub quo, 1241, tempore obsidionis civitatis Brunensis per immanes Tartaros Bretislai fundatio devastata est, sicuti secunda vice vix reconstructa an. 1283 ab Hungarorum catervis sub Martino I. praeposito. Mortem magnanimi coenobii nostri fautoris, Premyslai Ottakari II., in pugna mense Aug. an. 1278 contra Rudolphum I. pugnata, magna denuo secuta est calamitas. Legiones victoris omnia susque deque verterunt et Domus Dei nostra per quinque annos (1281–1286) spelunca facta est latronum. Sequuntur nova reconciliatio novaeque donationes. Sub praeposito Thoma (1313–1327) Musae apud nos peramoena invenere domicilia et an. 1330 sub Joanne II. in oppido Raigrad parochia fuit erecta. Annorum seriem usque ad 1348, in quibus 1336 ob bullam Benedicti XII. "de ordinatione et reformatione monachorum" memoratu dignum est, et cujus statuta in secuto primo capitulo provinciali Bohemia et Moravia usu recepit, monasterium nostrum pacifice et quiete peregit et sub Carolo IV. imperatore Raigrad felicibus sub auspiciis quartum inauguravit existentiae suae saeculum. Praepositi nominantur successive: Joannes II. (1327). Vitus (1339), Nicolaus (1349), Gallus (1360), Hodislaus (1366). Benedictus (1386). Gregorius (1400). Jodoco, ultimo marchione Moraviae 1411 mortuo, deplorandae incipiunt Hussitici belli perturbationes, causae summorum malorum etiam apud nos. Brevnovio per incendium deleto (1420) fratres doctrina praeclari Joannes Holeschoviensis, Leo. Vitus, Marcus aliique a nostratibus benigne suscepti multa hic reliquerunt summi ingenii monumenta sub praeposito Sobieslao (1417), viro benevolo. Ad annum 1449 Raigradii status sub Petro I., cujus praepositi antecessores Erasmus (1443). Trojanus (1436), Marcus (1429) leguntur, describitur deplorandus; fratres pulsi, coenobium iterum spelunca latronum. Sequuntur Henricus (1453) et Petrus II. (1469). sub quo Mathias rex villam nostram Ostrovacic civitati Brunensi pignori dedit, in cujus potestate fere usque ad 1499 remanebat. Successor ejus Simon (1479), abbas Vilemovicensis electus, Laurentio I. et post ejus mortem successive Stephano (1488) et Petro III. (1499) regimen Raigradiense committit, sub quo villa Ostrovacic. aere redempta, monasterio iterum unitur. Laurentius II. (1500), abbas Brevnoviensis electus, Jacobum

apud nos habuit successorem (1506), qui iterum abbas in Brevnov designatus, rem Raigradiensem administrandam tradidit Blasio, viro in rebus agendis dexteritate conspicuo, cui gladio perfosso Joannes III. subrogatur. Joanne 1531 morte praematura abrepto Mathias Tachoviensis succedit, qui sacellum in oppido Raigrad exstruendum curavit eique coemeterium pro populo adjunxit. Sub ejus successoribus Joanne IV. (1537) et Valentino Polono (1541) Raigrad bis incendio devastatur; Dominico vere regente (1549) e cineribus resuscitatur, Hungari autem evacuant horreas et cellaria. Duo Poloni in praepositura secuti Sebastianus de Wartenberg (1559) et Adamus Polidorus (1562) inaequali apud nos notantur calamo; Martinus de Prawdovic (1563) primus novitios proprio marte suscipit et ad professionem pro Raigrad admittit. Occurrunt post ejus mortem Wenceslaus Blescenski (1565) et Jacobus II. Orlik (1572) in tabulis, quorum successor Christophorus ex illustri familia de Sobiekursko et Lipice, vix vigesimo aetatis anno transacto praepositi munere decoratus, restitutor delapsae disciplinae, ob spoliatum a fure ignoto servum Rudolphi II. captivus Cremsirium jussu imperatoris deducitur et satisfactione demum data in locum suum restitutus, Olomucensi synodo adest, conatus varios ad tradendum monasterium nostrum societati Jesu forti manu irritos fecit et tricesimo regiminis anno 1607 mortem oppetiit, vir prudens et zelosus. Qui sequuntur in serie praepositorum antiqua Matthaeus Cocil et Thomas Zaruba documentis novissime erutis spurii declarantur. Sequitur Michael Bilinski praepositus (1607-1613) ob virtutum splendorem et doctrinam ad abbatiam Sazaviensem ad S. Procopium reformandam assumptus, ubi plenus meritis 1617 e vita discessit. Rebellione in Bohemia et Moravia exorta, monasterii nostri bona possessionesque Joanne Bennone I. Flacco de Falkenberg (1613-1621) praeposito, proclamata confiscatione bonorum ecclesiasticorum, expulsis fratribus nostris venduntur et victoria demum Albo-Montana a Ferdinando II. recuperata nobis redduntur. Benno abbas Brevnoviensis eligitur; succedit apud nos Daniel Benedictus Kavka Pragensis (1621-1623) et Georgius Adalbertus Kotelik de Horstein (1623-1643), sub quo 1623 exercitus Betleni Gabor monasterium invadit, illud spoliat, ecclesiam profanat; damna vero illata brevi resarciuntur. Ast sub ejus successore Augustino Seifert (1643-1651), Brevnoviensi alumno, cum Brunna 1645 a Suecici exercitus duce Torstenson obsideretur, bona nostra iterum plane expilata et destructa fuere, praepositus ipse Brunnam aufugit, reliquis fratribus per regionem circumjacentem dispersis.

Augustinus, abbas Brevnoviensis electus, Victorinum Badurium in locum suum subrogavit, qui biennio post vitam cum morte commutavit. Sub Victorino 1653 prima statuta congregationis Bohemico-Moravicae condita fuere. Quo defuncto Augustinus abbas titulum praepositi praelati Moraviae pro se et successoribus reservare intendens, priorem Raigradii Martinum Raschka administratorem nominavit, ast cum nec Aula nec ordines Moravici reservationem hanc probarent in capitulo 26. Sept. 1655 hicce celebrato, Joannes Casparus Wier praepositus instituitur (1655 – 1666). Anno 1663 Raigradium per Tartaros devastatum per decem menses desolatum remansit; praepositus vero omnem curam ad resarcienda damna mox adhibuit, usque dum multa adhuc in animo moliens naturae debitum reddit an. 1666. Subsequitur Coelestinus Arlet, cujus denominatio causa fuit decreti caesarei, ut electioni praepositi semper commissarii regii praesentes essent. In gratiarum actionem pro liberato a peste pago Opatovicensi ad ejusdem pagi limen Coelestinus 1677 sacellum exstrui curavit ac quotannem processionem ad Thaumaturgam Turanensem eadem de causa instituit. Coelestino mortuo (1683) fratres nostri, suffulti decretis Concilii Tridentini unum e suis praepositum habere conantur, reluctante abbate Brevnoviensi. Lite hac de libera electione in tertium annum jam protracta, qua durante Wenceslaus Horatius administratorem apud nos egit, Raigradienses die 14. Julii transactionem cum Brevnoviensibus eo inierunt, ut abbas Brevnoviensis nomina trium candidatorum declaret, una vice e gremio suo et altera e Raigradiensi, e quibus conventus noster praepositum sibi eligat sicque alternatim Brevnoviensis et post eum Raigradiensis ad dignitatem praepositi apud nos perveniat. Qua transactione ex utraque parte accepta et ratihabita 9. Aug. Victorinus Reinbold (1686 – 1690) e candidatis Brevnoviensibus praepositus Raigradii eligitur, qui quadriennio sui regiminis an. 1687 ab Innocentio XI. pro se suisque successoribus insignia pontificalia obtinuit variaque aedificia vel erexit vel funditus restauravit. Quem secutus est Placidus Novotny e professis Raigradiensibus (1690 – 1692), sub quo pro ecclesia nova monasteriali fundamenta posita fuere.—Successor Benno Brancavsky Brevnoviensis (1692 – 1709) turres ecclesiae monasterialis ad fastigium perducit, pontem lapideum super Schwarzavam magnis sumptibus construit, suffragia ac preces hucusque consuetas pro quolibet fratre defuncto in capitulo generali Braunae stabilita sua manu sancivit et quae morte praematura prohibitus inchoata remanserunt, suo reliquit successori continuanda Antonio Pirmo

Raigradiensi (1709 – 1744), qui, moderna ecclesia an. 1730 feliciter ad finem perducta ac consecrata, magnam quoque partem conventus erigi curavit aureamque nostris inaugurari visus est aetatem, quum eheu! 1742 Borussis hostiliter Moraviam invadentibus nova calamitatum series incipit. Damna nobis tunc illata multa pecunia aestimantur. Pace Wratislaviensi 11. Junii h. a. composita et Moravia ab hostibus liberata Raigradium lacunam rei familiaris explere coepit, brevi post autem (2. Feb. 1744) ad tumulum patris sui Antonii stetit viduatum. Eligitur e gremio Brevnoviensi Matthaeus Stehlík nobilis de Czinkov et Frenstatt (1744 — 1749), Antonii successor, cujus viri omnibus ornati scientiis, quod summopere dolendum, perbreve apud nos erat regimen. Eundem excepit professus noster Aemilianus Matejsky (1749--1756) nigro calamo notatus. Septimo praepositurae anno Aemilianus abdicari cogitur eumque subsequiter celeberrimus historiographus ac Musis severioribus deditissimus Bonaventura Pitter (1756--1764) e gremio Brevnoviensi, qui, multis laudabiliter peractis et suae eruditionis in archivo nostro praeclaris testimoniis relictis, febri victima cadit octavo regiminis anno. Post obitum hujus splendidissmi O. N. sideris successor eligitur Othmarus Conrad professus noster, ultimus in serie praepositorum (1764--1812), qui per medium fere saeculum fortunae vicissitudines domus nostrae licet non stabili semper manu regebat. Varia aedificia Othmarus partim restaurat partim de novo aedificat; incipiunt altercationes inter imperium civile et ecclesiasticum, edictum tolerantiae in publicum prodit, cassantur exemptiones ordinum decreto Josephi II.; domum tamen nostram singulari C. R. aulae munificentia et praepositi labore conservatam videmus. Plura incendia tempestatumque calamitates atque furum infestationes magna nobis intulerunt damna; ecclesia in Sirovic erigitur necnon capella S. Annae in Hluboky, cujus prioris beneficii an. 1780 solemniter nobis traduntur literae fundationis. Seriem variarum calamitatum, ne multus sim, quibus irruptiones Franco-Gallorum in Moraviam annis 1801, 1805 et 1809 inprimis veniunt adnumeranda, jucundioribus claudam rebus, quae 1797 et 1803 obtigerunt, quorum priori Othmarus praepositus post annos quindenos secundam suam emisit professionem, posteriori vero sacerdos jubilatus ad altare stetit. Temporum inquietudo, quibus dissensiones in gremio fratrum accedunt, senem grandaevum ad impetrandam praeposituræ abdicationem adducunt, quam mors inexorabilis an. 1812 praevenit, quae Othmarum optimae indolis e tumultuosa hac vita ad requiem praeoptatam traduxit aeternam. Post Othmari praepositi obitum

prior Raigradiensis P. Gregorius Sasavsky administrator constitutus nullum non movit lapidem, ut connexus Raigradium inter et Brevnovium omnimode disrumperetur atque praepositura nostra sui juris facta, exempta et libera et jure proprium sibi abbatem eligendi decorata, auctoritate Caesarea declararetur idque tam felici eventu, ut clementissima resolutione C. R. d. d. Viennae 22. Martii 1813, monasterium nostrum in abbatiam eveheretur. Administrator parochiae Nigrofanensis Augustinus Koch primus fit abbas Raigradiensis (1813–1832), homo pius et devotus, ast in rebus gerendis non semper felix, qui permulta Domus Dei utensilia et supellectilem diversi generis comparavit et pari ratione uti rei agrariae, etiam literariae curam gessit, bibliothecam systematice de novo ordinandam curavit ac professionis necnon sacerdotii sacris semisaecularibus persolemniter celebratis, in residentia nostra Brunensi supremum obiit diem. In nova electione praeter omnem expectationem excidit sors in culinae praefectum Victorem Schlossar 28. Oct. 1793 natum, qui secundus Raigradiensis abbas 16. Sept. 1832 ab episcopo Brunensi abbatialem benedictionem accepit. Zelo Domus Dei et disciplinae regularis totus aestuabat, quam ad observandum sibimet ipsi primus proposuit, ut exemplo proprio edoceret animos hinc inde etiam refragantes dulci jugo Domini se subjicere. Sicque cella revera coëlum fratribus facta est et nostrum monasterium famam reformati ac disciplinati coenobii ubique jure promeruit. Pari modo et studio etiam meliorationes ac ordinationes oeconomiae et externi status nostri prosequebatur et quae ad redditnum meliorationem conducere possent, uti effossionem piscinarum, novorum canalium, erectionem aggerum, commutationem pratorum et agrorum, forti et suscepit et prosecutus est manu. Annus 1848 novam inchoabat reipublicae aeque ac ecclesiae aetatem. Memoranda nobis sunt, quae nostrum tangunt coenobium, abolitio servitutum, juris venationis, correctio et directio fluvii Schwarzava versus Weikovicium ac celebratum eodem anno festum saeculare monasterii octavum. Sicque miseratione divina attigimus terminum medii saeculi XIX., post quod anno quarto 16. Aug. 1854 abbas Victor apoplexia tactus animum placide Deo reddidit, qui paucis ut dicam, omnibus omnia factus est. Post dilecti praesulis obitum 22. Nov. legali forma, votis omnibus electus est Revmus D. Guntherus Kalivoda, natus 1815, Raigradiensis abbas tertius, quem Deus largiflua benedictione beare non dedignetur, quique dignitatis hujus onera jam per saeculi quadrantem corporis infirmitate et variis temporum infortuniis

curarumque multitudine haud una vice oppressus forti hucusque sustentat animo.

MONACHI:

Reverendissimus et Amplissimus Dominus, D. GUNTHERUS JOANNES KALIVODA,

Abbas,

in ord. numerico (a concessa libera abbatum electione) tertius, nat. Brunnae in Moravia 26. Dec. 1815, prof. 11. April. 1841, sac. 16. Jul. 1841, abbas elect. 22. Nov. 1854, infulatus 26. Nov. 1854. Moraviae Praelatus, Austriaci C. R. Ord. Franc. Jos. I. Commendator, Prof. Relig. et method. educat. in instit. phil. Braunensi emerit., C. R. societ. promovendae rei agrariae, scient. nat. et hist. patriae, nec non ejusdem sectionis historico-statisticae membrum actuale, etc., etc., etc.

2. Adm. R. P. Benedictus Car. Korcian,

Prior et Administrator Curatus Rajh.,

Moravus Teuto-Prusen., nat. 13. Aug. 1840, prof. 21. Mart. 1865, sac. 2. Jul. 1865.

3. M. R. P. Hugo Adolph. Heyszl,

Subprior, Sacrista major,

Tyrol. Sevaten., nat. 12. Nov. 1828, prof. 21. Mart. 1862, sac. 25. Jul. 1862.

4. M. R., Ven. P. Jacob. Adalbert. Schneider,

Moravus Tribovien., nat. 8. April. 1810, prof. 7. April. 1833, sac. 3. Aug. 1834. *Senior Conventus.*

5. R. P. Beda Franciscus Dudík,

Moravus Cojetinen., nat. 29. Jan. 1815, prof. 1. Sept. 1839, sac. 20. Aug. 1840.

6. R. P. Bernardus Nic. Plácek,

Moravus Bucovicen., nat. 9. Jun. 1834, prof. 27. Sept. 1857, sac. 11. Oct. 1857.

7. R. P. Ernestus Car. Grivnacky,

Moravus Coloredoven., nat. 8. Oct. 1836, prof. 20. Aug. 1858, sac. 29. Oct. 1859.

8. R. P. Methodius Ign. Halabala,
Moravus Hulinen., nat. 16. Nov. 1833, prof. 20. Aug. 1858, sac. 4. Jul. 1859.

9. R. P. Adalbertus Jac. Slouk,
Moravus Zabeicen., nat. 15. Maj. 1825, prof. 9. Mart. 1853, sac. 22. Jan. 1860.

10. R. P. Gerardus Joan. Teiner,
Moravus Cremsirien., nat. 24. Dec. 1838, prof. 21. Mart. 1860, sac. 25. Jul. 1862.

11. R. P. Maurus Joseph Kinter,
Moravus Brunen., nat. 21. Feb. 1842, prof. 5. April. 1864, sac. 4. Jun. 1864. *Bibliothecarius et Archivarius.*

12. R. P. Placidus Joan. Mathon,
Moravus Slavetinen., nat. 24. Feb. 1841, prof. 21. Mart. 1865, sac. 2. Jul. 1865.

13. R. P. Bonifacius Wenc. Vajda,
Moravus Vetero-Dvoroviecen., nat. 18. Sept. 1839, prof. 5. April. 1864, sac. 4. Jun. 1864.

14. R. P. Joan. Sarc. Franc. Navrátil,
Moravus Grygovien., nat. 5. Jan. 1840, prof. 21. Mart. 1866, sac. 3. Jun. 1866.

15. R. P. Joan. Nep. Julius Tichy,
Moravus Prerovien., nat. 15. Aug. 1840, prof. 21. Mart. 1866, sac. 3. Jun. 1866.

16. R. P. Marianus Rudolph. Zbrozek,
Moravus Lipovien., nat. 31. Maj. 1850, prof. 18. Aug. 1874, sac. 25. Jul. 1874.

17. R. P. Petrus. Joan B. Hlobil,
Moravus Oscolen., nat. 26. Aug. 1854, prof. 1. April. 1877, sac. 18. Oct. 1877.

18. R. P. Cyrillus Vinc. Krácmer,
Moravus Slavetinen., nat. 7. Oct. 1850, prof. 29. Sept. 1878, sac. 2. Jul. 1879.

19. R. P. Pius Joan. B. Miklík,

Moravo-Dobroticen., nat. 15. Aug. 1848, simpl. prof. 21. Oct. 1877, sac. 8. Feb. 1879.

RELIGIOSI FRATRES:

1. Fr. Guntherus Carolus Schoessler,

Hungaro-Szacolczen., nat. 16. Jun. 1860, simpl. prof. 9. Oct. 1876.

2. Fr. Benno Hermannus Schaffra,

Moravo-Brunen., nat. 3. Jan. 1858, simpl. prof. 15. Aug. 1877.

3. Fr. Carolus Aloysius Stastny,

Morav-Brunen., nat. 13. Maji 1858, simpl. prof. 17. Aug. 1879.

4. Fr. Ludovicus Leo Hlauch,

Moravo-Zidlochovicen., nat. 8. April. 1859, simpl. prof. 17. Aug. 1879.

In *Bibliotheca* Raigradiensi numerantur tomi 38,185. quibus accedunt *incunabula* (usque ad an. 1510) 398, *manuscripta* (inde a saec. IX.) 820, *plagulae junctae* 10,890, etc., ita ut tota bibliotheca constet partibus 53,781.

PAROCHIAE

quatuor incorporatae sunt Raigradiensi monasterio: 1. *Raigradiensis* (cum ecclesia parochiali S. Crucem in foro Raigrad, monasteriali et capella publica in pago Oppatovitz unam horam a mon. distante); numerus animarum cath. 4133.—Junctae sunt *scholae elementares* in foro Raigrad et in pago Oppatovitz.—*Syrovicensis*, sicuti Raigradium in decanatu Modricensi, a mon. dist. unam horam occidentem versus; num. animar. 1139. Accedunt scholae element. in pagis Syrovic et Sobotovic.—3. *Ostrovacicensis* (Schwarzkirchen) cum ecclesia in ipso pago et in pago Ricanio (Ritschan) in decanatu Rosicensi, dist. 1 mill. a Bruna versus Iglaviam; num. animarum 1852. Adsunt scholae element. in utroque dicto pago.—4. *Domasoviensis* cum ecclesia in pago et sacello publico in Hluboky, in dec. Rosicensi, dist. 2 mill. a Bruna versus Iglaviam; num. animarum cath. 2489. Schola element. in Damosov et in pago dicto "Javnrek."

Necrologium inde a 1. Jan. 1866.

Obierunt:

1871, 3. Maji M. R. P. Gregorius Thomas Volny, Subprior.
1872, 13. Mart. R. P. Victor Albertus Kunzfeld.
" 13. Oct. " Wenceslaus Nicolaus Kríz.
" 9. Nov. " Ignatius Franciscus Sevcík.
1877, 31. Oct. Adm. R. P. Aloysius Franciscus Skarka, Prior.
1878, 20. Jul. R. P. Augustinus Josephus Gazda.

ABBATIA S. LAMBERTI

IN STYRIA, DIOECESI SECCOVIENSI.

Inscriptio epist.: Hochw. Stift St. Lambrecht in Steiermark, Oesterreich.

Fundatum est hoc monasterium a. 1066 per Marquardum, ducem Carinthiae, conditum vero et dotatum per Henricum, ejus filium et successorem, 7. Jan. 1103.

Hujus monasterii historia antiquior, sc. usque ad sublationem, in tres commode periodos dividi potest. — Quarum prima, a condito monasterio usque ad annum 1454 pertingens, variis donationibus et fundationibus conspicua est, vel ad ipsam aedem d. Lamberti, vel ad ecclesias eidem incorporatas aliasve connexas. Eximio zelo a parte praesulum et monachorum intra et extra muros claustrales omnis promovebatur cultura tam spiritualis quam terrena. Jam tertius abbas, Udalricus I. (1123?-1148) coloniam monachorum misit Grazluppam (hodie "Maria Hof") et sub quinto, Otkero (1153-1161) novae coloniae sub forma claustrali exortae sunt in Lind et Aflenz, ex qua posteriori juxta constantem traditionem originem sumpserunt Cellae Marianae circa annum 1157. In zeli praemium et corroborationem jam secundus abbas Jacobus a Paschali II. Papa bullam obtinuit, qua exemptio monasterii, inaugurabatur (ddo. 25. Mart. 1109,) quae demum, cessante lite longaeva cum archiepiscopo Salisburgensi, ad finem hujus periodi qua vera et immediata subjectio sub sedem apostolicam agnoscebatur.

Plane diversam et minus laetam faciem praebet secunda periodus, 1454-1599. In priori quidem ejus parte monasterium culmen adeptus est floris. Joannes II. Schachner (1455-1478) et Joannes III. Sachs (1478-1513) externum splendorem cum studio disciplinae claustralis restituendae optime conjungere norant. Eorum vero

successor, zelosus Valentinus Pierer (1513–1541) tempore admodum turbulento et periculoso summo tantum virium nisu externum internumque splendorem reservare potuit. Collabente magis de die in diem disciplina, accedentibus externis quoque rebus adversis, Turcarum praesertim invasionibus causatis, s. d. "reformationis" fluctibus sola fortis Joannes IV. Trattner (1562–1591) manus resistere potuit. Quem zelatorem fidei orthodoxae Ferdinandus imperator commissarium pro expurganda Styria de haeresi constituit.

Ab illis vero saeculi XVI. calamitatibus monasterium paulatim quidem, sed adeo perfecte sanatum est, ut nova floris periodus induceretur per Martinum Alopitium, abbatem antea Garstensem, postea Lambertinum (1529–1613), non minus felix quam illa secundae partis saeculi XV. Conspicua est haec ipsa magno exstruendi opulenta aedificia studio. Sic Benedictus Pirin abbas (1638–1662) structuram monasterii a fundamentis novam et amplificationem ecclesiae Allensis ultra dimidium incipit, castellum quoque S. Gotthardi penes Graecium cum capella reconstruxit. Sed non minori diligentia abbates litterario et spirituali vigori consuluerunt. Sic Franciscus de Kaltenhausen abbas (1662–1707) disciplinas theologicas et philosophicas in ipso monasterio tradi curavit 1683, et illud intimo foedere cum archicoenobio Cassinensi junxit, privilegia quoque, quae dicuntur Cassinensia, obtinuit.

Demum monasterium, vigente in Austria spiritu ecclesiae minus favente, sublatum est decreto Josephi II. ddo. 4. Jan. 1786, sed pietate Francisci II. decreto ddo. 21. Sept. 1802 restitutum.

MONACHI:

Reverendissimus et Amplissimus Dominus,

D. ALEXANDER SETZNAGEL,

Abbas,

